AD vniuersalis eccl̄ie regimen diuina disponēte clemētia vocatis: inter alia ꝙ cōmissoꝝ ppl̄oꝝ votiua dilectiōe nil occurrit p̄stāti⁹ q̄Ꝯ exorta inter ꝓsonas eccl̄iasticas (p̄cipis tenebraꝝ astutia) discordiarum fomēta ꝙ nr̄e sollicitudis occursum ꝓtin⁹ extiguere: vt (cuiusuis altercatiōis salubrit̄ euulsis seminib⁹) pacis ꝛ tranq̄llitatis dulcedinē inter creditos nobis ppl̄os (diuia nobis assistēte gr̄a) iponere ꝛ cōseruare valeam⁹. Cupiētes itaq̄ vt suscitata retroactis tpib⁹ discordia (pch dolor) in regno Frācie/delphinatu/aliisq̄ terris ꝛ dñijs kñi i xp̄o filij nr̄i Ludouici frācoꝝ reg⁹ illustris: iter nōnullas ex eisdē ꝓsonas occasiōe cuiusdā ꝓstōnis q̄ in eodē regno diuti⁹ inoleuit: quā ꝓsone ꝑdicte ꝓagmaticā sanctionē vocāt: ne si (qđ absit) maiora fomēta sumeret: dāna pariter ꝛ grauiora scādala/picula q̄ subseq̄rētur/fine debito claudat̄/et totalit̄ secludat̄. Ad quē aplica ex certa scia de fr̄m nroꝝ cōcilio oīb⁹ et singulis ꝑlatis ꝛ alijs ꝓsonis eccl̄iasticis regni delphinat⁹ tr̄aꝝ ꝛ dñioꝝ eorūdē: ad q̄s dignitatū aliorūq̄ bñficioꝝ eccl̄iasticoꝝ terraꝝ ꝛ dñioꝝ eorūdē collatio/ꝓuisio/ꝑsentatio/electio seu q̄uis alia dispositio ꝓtinet: de q̄busuis dignitatib⁹/ꝓsonatib⁹/administrationib⁹/officijs/canonicatib⁹ et ꝑbēdis: necnon alijs bñficijs eccl̄iasticis cū cura et sine cura secularib⁹ et regularib⁹ ad eoꝝ collatiōem/ꝓuisionē/ꝑsentationē/electionē seu q̄uis aliā dispōnem ꝓtinētib⁹: q̄ deiceps i februarij/aplis/iunij/augusti/octobris/et decēbris mēsib⁹ futuris ꝓpetuis tpib⁹ vacare cōtigerit (dūmō dispōni aplice ex aliq̄ gñali reseruatiōe in coꝝpore iur⁹ clausa/aut ꝑ alterā ex ꝓstōnib⁹ felicū recordationū Bñdicti .xiij. q̄ incipit ad regimē[a]: aut Johānis xxij. romanoꝝ pōtificū ꝑdecessoꝝ nroꝝ: q̄ incipit execrabilis[b]: seu ꝓstōes ꝛ regulas cācellarie aplice ꝑ nos sup ꝯ editas reseruata gñal̄r nō existāt) ꝑide ac si alique a sede aplica vel ei⁹ legat⁹ expectatiue l̄re nō emanassēt: libere disponēdi facultatē cōcedim⁹ per ꝑsentes. Et q̄ isti sūmi pōtifices ꝑdecessores nri ꝓsueuerūt se i cōcessiōib⁹ gr̄aꝝ expectatiuaꝝ ꝓsonis bñmeritis exhibere liberales nr̄e intētiōis existit ꝓcedere i regno/delphiatu/terr⁹ ꝛ dñijs regni hmōi vltra gr̄as expectatiuas ꝑ nos i eisdē regno delphinatu/terris ꝛ dñijs cōcessas (q̄b⁹ in aliquo ꝑiudicare nō intēdim⁹ ꝑ ꝑsentes: q̄sq̄ i suo robore ꝑmanere volum⁹) sex ꝓsonis ydoneis regnicolis: sex alias gr̄as expectatiuas ad quālibet collationē/ꝓuisionē/ꝑsentationē seu q̄uis aliā dispositionē singloꝝ ex ꝑlatis ꝛ alijs ꝓsonis ꝑdictis. Ex q̄b⁹ q̄dē sex gratijs due gr̄e expectatiue cōcedētur duob⁹ clericis regnicolis ydoneis ꝑ q̄b⁹ rex ipe ꝛ charissima i xp̄o filia nr̄a regina: ac dilect⁹ fili⁹ nobilis vir delphin⁹ Vienñ. necnō magri et ꝓsidētes: ac alij officiarij: i aliquo ex ꝑlamētis regis eiusdē regni nobis sup ꝯ vnanimiter supplicabūt. q̄ duo noīati ꝑ regē et reginā/delphinū/magros/presidētes ꝛ officiarios ꝑfatos gaudeāt ꝓrogatiuis ad instar familiariū nroꝝ ꝓtinuoꝝ cōmēsaliū. Ꝓpisq̄ sex gratijs ꝓsūptis: alꝰ sex gr̄as siles alijs sex gratijs ꝓsonis ydoneis modo ꝛ forma ꝑmissis cōcedere intēdim⁹. ¶ Volum⁹ aūt ac eisdē auctē ꝛ tenore ꝑsentiū decernimus ꝛ declaram⁹ bñficia q̄ venerabiliū fratrū nroꝝ sctē romane eccl̄ie cardinaliū familiares cōtinui cōmēsales eoꝝ familiaritate durāte in regno/delphinatu/terris ꝛ dñijs ꝑfatis obtinēt: et i posterū obtinebūt: dispōni aplice i postꝫ cēseri reseruata: q̄Ꝯdiu dūtaxat cardiales ꝑfati vitā duxerit in hūanis: ac post obitū eorūdē cardinaliū ꝑ sex ānos cōtinue sequētes. Quib⁹ quidē sex annis elapsis alij ad q̄s eorūdē bñficioꝝ collatio/ꝓuisio/ꝑsentatio/electio seu q̄uis alia dispositio alꝰ ꝓtinet: de bñficijs familiariū hmōi i regno/delphinatu/terris ꝛ dñijs prefatis cōsistētib⁹: in ꝑdictis mēsib⁹ disponere valeāt hmōi reseruatiōe nō obstāte. ¶ Cōcedimus etiā ꝙ bñficioꝝ que ꝓmouēdi ꝑ nos ad dignitates seu bñficia ꝓsistorialia ipāꝝ ꝓuisionum ꝑ nos de coꝝ ꝓsonis faciēdarum obtinebūt: ac in q̄b⁹ et ad que ius eis q̄uolibet cōpetit ac cōpetere poterit: per ꝓmotiones ad dignitates ꝛ alia bñficia cōsistorialia ꝑdicta ac munus cōsecrationis eisdē ꝓmouēdis impēdēdum: seu lapsum tpis de cōsecrādis epis a sacris canonib⁹ diffiniti vacaturoꝝ: si ꝓmotiōes ipe in aliquo ex supradictis mēsib⁹

a ¶ Ad regimen. hec habet̄ .j. sub. ti. de ꝓbend.

b ¶ Execrabilis. ista habet̄ .j. sub ti. de ꝓben. cum glo. Guillermi de monte lauduno et et inter. xx. Joannis xxij. cū gl. dñi Zēzelini sub eo. ti. de ꝑbē.

fiãt: nisi bñficia ipa essent alis dispõni aplice (vt pferẽt) reseruata ad platos et psonas supradictas. Si Xpo in alijs mẽsib⁹ pmotiões eisdẽ fieri cõtigat: ad nos ꝛ romanos põtifices successores nros collatio/ puisio ꝛ oimoda dispositio ptineat. Et qñ sedis aplice notarioꝝ magn⁹ reperiẽt nũer⁹/ eorũdẽ notarioꝝ q̃ habitũ p eiusdẽ sedis notarios gestari solitũ publice ꝛ cõtinue gestãt et i posterũ gestabũt: bñficia i eisdẽ regno/ delphinatu ꝛ terris cõsistẽtia dũtaxat cẽseãt reꝛuata. qcq̃ oẽs ꝛ single cause bñficiales i ptib⁹ corã iudicib⁹ cõpetẽtib⁹ vsq̃ ad diffinitiuã incluſiue: i pma dũtaxat istãtia in q̃ nulli ãte diffinitiuã liceat appellare: nec appellatio (si fuerit emissa) debeat admitti/ nisi ab inꝛloeutoria vel a grauamie negociũ pricipale mime pcernẽte: qõ nõ possit p appellationẽ a diffinitiua snia repari. In alijs Xpo istãtijs i romana curia tractẽt/ cognoscãt et fine debito terminẽt. ¶ Cause Xpo bñficiales pẽdẽtes i dicta curia inter nros aut dictoꝝ cardialiũ familiares ptinuos cõmẽsales ipis cardialib⁹ i eadẽ curia pñtib⁹: seu i aliq̃ legatiõe aut recreatiõis cã secedẽtib⁹: necnon pfate sedis officiales officia actu exercẽtes: aut alios a pmissis q̃ p sex mẽses curiã pdictã secuti sũt: et sequũtur de pñti/ curiales ꝛ q̃scũq̃ alios eoꝝ aduersarios sup q̃busuis bñficijs eisdẽ aduersarijs aucte ordinaria collat⁹: p illos q̃b⁹ pmisse repiũt seu alios p nos ad id deputatos seu etiã deputãdos iudices audiãt/ cognoscãtur/ decidant/ finecq̃ debito terminẽt/ ac executiõi debite demãdent. Cetere Xpo sikes cause bñficiales inter q̃scũq̃ alios pẽdẽtes: et q̃ q̃busuis iudicib⁹ seu auditoꝛib⁹ pmisse reperiãtur: aliq̃b⁹ iudicib⁹ cõpetẽtib⁹ in regno Frãcie aucte aplica pmittãt audiẽde/ cognoscẽde/ decidẽde ꝛ fine debito terminãde cũ nẽcia earũdem cãꝝ aduocatione.

Notarij aplici in magno sunt numero.

Appellare an liceat ante diffinitiuã sentẽtiã. vide c. sup eo. ij. extra de appel.

Cã eadem diuersis respectib⁹ in diuersis curijs tractari põt.

¶ Preꝛea qꝛ alique ex supradictis causis i eadẽ romana curia sup petitorio ꝛ diuersis curijs ipsi⁹ regni sup possessorio tractãt: volum⁹ q̃ i eisdẽ causis i diuersis curijs sup petitorio ꝛ possessorio vnico ꝛ eodẽ ptextu pẽdẽtib⁹ (suspẽso petitorio/ ꝛ cẽsur⁹ sup ꝟ lat⁹) i possessorio i curijs eorũdẽ iudicũ corã q̃b⁹ cãe possessorij pẽdeãt de pñti pcedãt: causeq̃ ipe sup hmõi possessorio infra biẽniũ ꝛminẽt et finiãt. Alioq̃n biẽnio elapso liceat ptib⁹ ipis pcedere sup petitorio: ꝛ vlri⁹ dict⁹ causis expedit⁹ sup possessorio aut hmõi biẽnio elapso alra ptiũ litigãtiũ corã iudice cõpetẽti aucte aplica deputato poterit ius suũ pseq̃: ipeq̃ aplic⁹ iudex ifra aliõ biẽniũ cãm i petitorio termiare teneat. Qõ si nõ fecerit: cã ipa ab eo aduocata: et lis penit⁹ extincta cẽseat. Et si forsan aliq̃s eorũdẽ iudicũ cuiusuis sibi pmisse cãe expeditionẽ maliciose progare aut differre pẽsũpserit: excõicatiõis ꝛ oim bñficioꝝ suoꝝ puatiõis penas ipo fctõ incurrat: a qua q̃dẽ excõicatiõis pẽa absolui neq̃at/ nisi a nobis ꝛ successoꝛib⁹ nris ro. pon. preterq̃ i mort⁹ articulo. qcq̃ deceꝛo i lris expediẽdis i regno frãcie/ delphinatu ꝛ terr⁹/ alijsq̃ dñijs pdict⁹ seruẽtur taxe[a] sup hoc edite p Joan. xxij. papã pfatũ ꝛ excessus si q̃ fuerint corrigãt. Et qꝛ ppt assiduas guerras ꝛ nouitates q̃ ptinuevigẽt i dicto regno ptẽdit ecclias dũ vacãt grauatas i taxa etiã reformata i pcilio pstãciẽsi q̃ reducta ẽ ad medietatẽ ãtique taxe: q grauat⁹ i eadẽ taxa plat⁹ pmouẽd⁹ soluat cõia ꝛ minuta seruitia q̃ plres ex gallis ãnatã vocãt: tñ p ꝟa estiatiõe fructuũ eccl'ie ꝛ monasteriꝝ ad q̃ sit pmot⁹: eaq̃ i dicta cãcellaria ꝛ camera aplica inuiolabil'r obꝛuari mãdam⁹.

Judici negligẽti pena mirabilis iponit.

Bñficioꝝ taxe.

a ¶ Taxe. Vide p hoc extrauagãtẽ cũ ad sacrosancte. que est iter. xx. Johãnis. xxij. sub titu. de sententen. excõi.

¶ Et qꝛ i supradict⁹ pcessiõib⁹ regnũ ac regẽ maxia sum⁹ charitate pplexi: credẽdũ est nõ imerito vt se deuotos ꝛ obediẽtes erga sctãm ro. eccl'. exhibeãt. Quare volumus ꝛ eisdẽ aucte ꝛ tenoꝛe statuim⁹ q̃ pfat⁹ rex ifra q̃ttuoꝛ mẽses pmissa acceptare ꝛ obꝛuare: ac i regno/ delphiatu ꝛ dñijs hmõi obꝛuari facẽ: necnõ infra alios duos pfatos q̃ttuoꝛ imediate seq̃ntes mẽses sup acceptatiõe ꝛ obꝛuatiõe/ alijsq̃ pmissis oib⁹ ꝛ singulis p suas patẽtes lras nos ꝛ sedẽ pfatã certificare teneat. ¶ Alioq̃n pñtes lre ꝛ inde secuta q̃cũq̃: sint cassa ꝛ irrita: nulliusq̃ roboris vel momẽti. Nos ei extũc irritũ decernim⁹ et inane: si sec⁹ sup his a q̃q̃ q̃uis aucte sciẽter vel ignoraãter ptigerit attẽtari. ¶ Nulli ergo oino hoim liceat hãc paginã nrãꝝ cõcessionis/ intẽtiõis/ volũtatis/ pstõnis/ declaratiõis/ indulti/ mãdati ꝛ statuti infrigere vel ei ausu temerario ptraire. Si q̃s aũt hoc attẽtare pesũpserit indignationẽ oipotẽt⁹ dei ꝛ btoꝝ Petri ꝛ pauli aplorũ ei⁹ se nouerit incursurũ. ¶ Datũ Rome apud sctm petrũ. Anno incarnatiõis dñice. M.cccl xxij. septio id⁹ augusti. Põtificatus nri anno pmo. Sixtus quartus.

¶ Discordia inter religiosos mẽdicãtes et eccl'ias parrochialiũ rectores in ptib⁹ germanie quattuoꝛ delegat⁹ pmissa: p eos sub cert⁹ formis ꝛ modis i pacẽ et pcordiã cõuersa fuit: quã roman⁹ põtifex pfirmat: precipiẽs sub pena excõicationis illã a prelatis obseruari. Capi. ij.

Uices illius q̃ supra petrã edificauit eccl'iam suã (merit⁹ lz isufficiẽtib⁹) gerẽtes i terr⁹: et p ei⁹ ima culata vestigia (q̃tũ nob⁹ ex alto pcedit) incedere satagẽtes. Inter xpi fideles q̃slibet: et pserti sub vno atq̃ eodẽ sacerdotij vexillo nobiscũ deo militãtes: pacẽ et charitatem iducere: et iductã cõfouere: vigilãti sollicitudie meditamur assidue: et q̃ his ꝟia sũt: false vigilãtie pastoralis ad radicẽ posita submouere: put rex ꝛ tpm circũstãtie id nõ imerito exposcere dinoscũt. ¶ Hup siq̃dẽ p pte tã venerabiliũ frm nroꝝ Magũtinen. et Treuiren. archiepoꝝ: ac Herbipolen. et Tuoꝛmacien. et Spiren. epoꝝ: q̃ dilecti filij nobilis viri Philippi comit⁹ palatini Rheni et duc⁹ Bauarie: q̃ vn⁹ ex electoꝛib⁹[b] romani iperij existit. ad nrm pueñit auditũ q̃ ip'e dilectos filios pdicatoꝝ minoꝝ et carmelitaꝝ ordinũ pfessoꝛes ꝛ nõnullos prochialiũ rectoꝛes: ꝛ alios etiã eccl'iaꝝ plates: istigãte illo q̃ tãq̃ leo rugiẽs circuit q̃rẽs quẽ deuoꝛet: i ptib⁹ germãie ꝛ pserti i oppido Eslingen. Cõstan. dyoce. suscitata sunt nõnulla dissensionũ et scãdaloꝝ fomẽta ex cert⁹ causis tũc nobis exp̃ssis: q̃ nisi p vigilãtiã pastoralis officij celerit⁹ succidãtur/ possent ad scãdalũ nõ modicũ xpi fideliũ illaꝝ ptiũ facil'r puenire. ¶ Nos igit⁹ attẽdẽtes q̃ sacrosctã ro. ec. ab ei⁹ fũdatiõe pmeua i ordie sacerdotali quẽ petr⁹ aplus et ei⁹ successoꝛes obseruarũt instituta: et p viros ꝓuidos et sacerdotes virtuosos adaucta: et lõgissimis tpib⁹ felicit⁹ conseruata extitit. Rursusq̃ aiaduertẽtes q̃ hodiernis tpib⁹ hoim crescẽte malicia: nisi ager dñic⁹ cultoꝛib⁹ idoneis: buccinatoꝛib⁹ spũs sct⁹i: et pconib⁹ Xpi dei (q̃ preter ceꝛos i ordib⁹ frm mẽdicãtiũ gra assistẽte diuina i copioso nũero repiũtur) assidue coleret: veprib⁹ malo⁹ ꝛ sentibus vitioꝝ oim celeriter obꝛueret: nõ potuim⁹ nõ nisi ab intimis cordis nri dolere: q̃ inter tales viros q̃ se mutua charitate diligere ꝛ alter alteri⁹ (iuxta aplm) onera portare deberẽt: discordie semiariũ excitaret. ¶ Vñ cũ velle m⁹ sup his ea q̃ decet maturitate cõsulere: venerabilib⁹ frib⁹ nris Guillermo Hostien. si et Angelo prenestineñ. epis ꝛ dilect⁹ filijs nris Juliano tituli sct⁹i petri ad vincula: ac Petro tituli sct⁹i sixti pbris cardinalib⁹ viuevocis oraculo cõmisim⁹ et mãdauim⁹ vt a singlis ptib⁹ pdict⁹ vel eoꝝ pcuratoꝛib⁹ legitimis: audit⁹ hincide ppositis: inter eas cõcordiã tractarẽt. Qui q̃dẽ epi ꝛ cardiales statutis loco ꝛ tpe/ cõuocat⁹/ audit⁹ et intellect⁹ ptib⁹ pdict⁹ vt pferẽt: ꝛ i pmissis grauiẽt et ꝓsulte pcedẽtes: ptes ipas de cõi earũdẽ cõsensu ad pcordiã infrascriptã pduxerũt.

Sacerdotes dicuntur sub eo dẽ vexillo cum papa militare.

b ¶ Ex electoꝛib⁹. Electores iperatoꝛis sunt septẽ. tres eccl'iastici/ ꝛ q̃tuoꝛ laici. de q̃bus p glo. i. c. ad aplice. de sen. ꝛ re iudi. lib. vj. Eccl'ia romana p q̃s fuit instituta ad aucta/ ꝛ cõseruata.

¶ Videlicet q̃ ipi prochiani sacerdotes deceꝛo nõ dicãt a mẽdicãtib⁹ hereses pcessisse: cũ in Xpitate fides nra sit illuminata: ꝛ eccl'ia exaltata p eosdẽ: et pserti m p oꝛdies pdicatoꝝ et minoꝝ vt iura testant. Quoq̃ fres mẽdicãtes nõ pdicẽt: pp'los prochianos nõ teneri audire missam in eoꝝ parrochijs dieb⁹ festiuis ꝛ dñicis: cũ iure fit cautum

Predicatoꝛes multi in ordinibus mẽdicantiũ reperiuntur. Alter alteri⁹ onera portate.

Fides catholica p mendicantes fuit illuminata.

Parrochiani qui bus dieb⁹ in sua parrochia missam audire debēt Sepultura debet esse libera. Mēdicantes confessiones audire ⁊ penitētias iniungere pūt.

illis dieb⁹ parrochianos teneri audire missā i eox parrochiali ecclia: nisi forsan ex honesta cā ab ipa ecclie se absentarēt. qcz etiā nec frres nec curati inducāt aliquomodo laycos ad eligēdū sepulturā apud eos: ⁊ bñ caueāt ppt penas ꝯs iponūt canones cū sit libera. Qz etiā ipi mēdicantes desistāt pdicare q parrochiani nō sint obligati: saltē in paschate ppio ꝓfiteri sacerdoti: qz de iure tenet prochian⁹ (saltē in paschate) ppo ꝓfiteri sacerdoti. Per hoc tñ ipi frres mēdicātes nō censeant excluſi q̄ min⁹ bn iuris cōis et pulegiox eisdē ꝓcessox dispositionē cōfessiones audire ⁊ pēitētias iiūgere valeāt. ¶ Qz etiā de cetero iter ipos frres mēdicātes ⁊ curatos q̄ ad effectū predicādi: horas cātādi: ⁊ cāpanas pulsandi: seruet ꝓsuetudo antiq̄ q tpib⁹ antiqs fuata fuit in ipo oppido Eslingēsi. Et casu quo veniat aliq occasio siue necessitas: non fiat cōmutatio tpis vl̄ hore i ipis pdicatiōib⁹ fiēdis: nisi de ꝓsensu partiū. Qz qz etiā ipi frres in bmonib⁹ eox nō detrahāt plat⁹ ⁊ rectorib⁹ parrochialiū ecclīax. Neqz etiā populos a suax ecclīax parrochialiū frequētia et accessu abstrahāt siue retrahāt quoquo mō. Et viceuersa ipsi rectores ⁊ plati aliq mō nō detrahāt mendicātib⁹. Sed illū fauorē quē possunt eis ipēdāt: ⁊ in oib⁹ ⁊ p oia pstēt: ita vt vera vnitas ⁊ perfecta charitas inter eos ostēdat.

Populi ab ecclīax frequentia nō sunt retrahendi.

Jo.xiiij.

¶ Nos itaqz illius vices gerentes in terris q̄ aplis suis dixit. Pacē meā do vobis: pacē meā relinquo vobis: cupietes sup his oportune puideri motu ppio: nō ad alicuius sup hoc nobis oblate petitiōis instātiā: sed de nra certa sciētia ⁊ mera volūtate cōcordiā predictā acoia et singula p pfatos epos ⁊ cardinales ordinata (ad hoc vt perpetuo incōcussa pstāt) auctoritate aplica et ex certa nra sciētia approbamus et ꝓfirmamus/ac virib⁹ perpetuo subsistere debere decernim⁹. Supplētes oēs ⁊ singulos defectus tā iuris q̄ facti: si qui forsan interuenerūt i eisdē. Iniūgētes nihilomin⁹ archiepis: epis: plebanis: rectoribus: curatis: necnō prioribus: gardianis: ⁊ singulis fratribus ordinū mendicātiū sub pena excōicatiōis late snie: quā ꝓtra facientes et quēlibet eox cōtra facientē: incurrere volum⁹ eo ipso a qua absolui nequeant nisi de expresso consensu partis lese et debita satisfactione preuia: inuiolabiliter obseruēt. Et ꝯtum in eis est ab aliis obseruari faciāt. ¶ Et si sup quascūqz lites et causas coram quibuscūqz causarū palatij aplici auditoribus seu alibi occasione premissorū: inter dilectos filios decanū et capitulū ecclie Spireñ. ⁊ curatum dicti oppidi: ac fratres predictos indecisas pēdētes. Illarū stat⁹ tenores ⁊ formas et in eis gesta ⁊ actitata: psentib⁹ p expressis habētes: ad nos harū serie motu scientia ⁊ auctoritate predictis aduocam⁹: ⁊ litē seu lites ipsas penit⁹ extinguim⁹. Et ambab⁹ partib⁹ pdictis litis hmōi consortibus seu illis adherētib⁹ ppetuū silētiū iponim⁹. Non obstātib⁹ cōstitutionib⁹ ⁊ ordinatiōib⁹ aplicis: ac puilegijs eisdē fratrib⁹ i gñe vel i specie ꝓcessis: ceterisqz cōtrarijs quibuscūqz. Nulli ergo ⁊c̄. Datū Rome apud sanctū petrū Anno incarnatiōis dñice. M.cccclxxviij. quitodecimo kal. Julij. Pontificatus nostri anno septimo.

Secundus Liber.

¶ De Judicijs.

Judicij descriptio Testes nō semp necessarij sunt. Judiciū vnde dr.

¶ Nota p rubrice intellectu q iudiciū est act⁹ legitim⁹ triū psonax iudicis: actoris et rei. Sed ℨ.c.for⁹. §.i oi. de ℟.sig. i an. vbi dr q̄ i oi negocio req̄rit etiā tres testes. Sed dic q testes nō semp sūt necessarij: sed qñ est factū negatū: vl̄ alie pbatiōes desūt. vt.d.§.i oi.et.iiij.q.iiij. c.j. Et dr iudiciū nō a iudice. (vt dicit Jo.mo.) sed a iuris disquisitiōe seu discussione. Nā cā est dū ꝑponit: iudiciū dū discutit: iusticia dum finit. d.c.for⁹. de ℟.sig. Vel potes dicere si vis q iudiciū non ab actore vel a reo dr: sed a iudice sicut a psona p̄cipaliori. ar. C. de accusa. qui explicādi. Et reddit iudiciū in inuitū. ff. de ver. obli. l. inter stipulātē. §.j. Et expone de iudicijs. i. de processib⁹ iudiciarijs q̄ enumerātur in.c.qñ. ex̄ de proba. Sic accipit. C. de iudi. sancim⁹. et. c. pia de excep. li.vj. in prin. ⁊ c. nonnulli. de rescrip. in an. ⁊. ff. vt lega. no. l. etiā in prin. Vel dic de iudicijs. i. de iuris disqsitione seu discussione: vt dictū est.

¶ Nota isup q iudiciū habet .xv. significationes. Prio mō ē actio vt iudiciū familie herciscūde. l. actio. ff. de iudi. l. in trib⁹. ex̄ de pba. ca. ex lris. Scdo mō ē lis siue ꝓtrouersia: vt iudiciū pēdet de hereditate ⁊c̄. ff. ad treb. l. j. ij. rñ. et. ff. de pecu. qō debet. Tertio mō est auctas vt negocia ecclīastica nō sunt iudicio laycorū disponēda. ex̄ de iudi. c. decernim⁹. Quarto mō est for⁹ vt cā iurisp̄onat⁹ debet diffiniri iudicio ecclīastico. i. in foro ecclie. c. c̄to. ex̄ de iudi. Quīto mō est arbitriū. ij. q. vj. a iudicib⁹. ⁊. ff. q̄ satisf. cog. arbitro. de offi. dele. ab arbitris. lib. vj. Si enī arbiter est iudex: ḡ arbitriū est iudiciū. Sexto mō est vltia voluntas. vt iudiciū testatoris nō debet esse cassum. C. de sacrosan. ec. l. j. de sepul. licet. in fi. li. vj. Septīo est qō vt iudiciū ambiguū est ad papā referēdū. c. p venerabilē. §. rōnib⁹. ex̄ q̄ fi. sint le. C. de or. iu. l. qñ. Octauo mō iudiciū dr esse discretio vt furiosus et ipubes nō pūt esse iudices: qz carēt iudicio. i. discretione. ff. de iudi. l. cū ptor. c. graue. de pben. in an. Mono est snīa: vt iudex punire pōt eos q̄ suo negl̄exerit parere iudicio. i. snīe. de offi. dele. c. de causis: al's in causis. de ap. li duob⁹. circa fi. de pscrip. c. fi. ff. de lega. iij. l. q̄ cōcubinā. §. si heres. et ecclesiastici. xviij. c. ibi. Ante iudiciū iusticiā tibi para. Decimo est instātia: vt iudiciū pit. triēnio. l. pperādū. §.j. C. de iudi. ⁊. c. venerabilis. e. ti. ī an. Undecimo est discussio vt ℟. ⁊. C. ⁊. ff. e. ti. ⁊ in. c. for⁹. de ℟. sig. Duodecimo est ptās iudicādi. ff. de iudi. l. iudiciū soluit vetāte eo q̄ iudicare iusserat ⁊c̄. Tredecīo est pnicies. Ulī apl's. j. ad Cox. xj. ibi. Qui mā ducat et bibit indigne cor⁹ et sanguinē dñi: iudiciū. i. pniciē sibi manducat et bibit. Sic exponit. iiij. senten. dis. ix. in fi. Quartodecimo est pena. in Matth. Qui occidit reus erit iudicio. i. pena. sic in Johe. Qui bona egerūt: ibunt in vitā eternā: q̄ ℟o mala in resurrectionē iudicij. i. pene eterne. Ultimo iudiciū dicit esse ꝓcessus iudicialis. ca. j. eo. ti. li. vj. de excep. pia. eo. lib. Et ista .xv. significata his ℟sibus cōprehēdi possunt. Actio: lis: auctor: forus: arbiter: vltima velle. Questio. discret. sent. instāt. discussio: posse. Pernicies. pena: processus iudicialis. Vide Jo. mona. super rubrica de iudi. lib. vj. et etiam glo. in ca. in iudicijs. de regu. iur. lib. vj. Nullibi tamen clarius habentur hec exposita q̄ hic.

Judicij .xv. significatiōes declarantur.

Uersus.

Johannes. xxij.

¶ Decretalē sup cathedram. q̄ est in cle. in. c. dudū. innouata iubet obſuari: neqz ppter illā debēt religiosi mēdicātes esse molesti ⁊ graues plat⁹: neqz prelati ipis religiosis. Et si sint aliq iniurie vel molestatiōes hincide facte: papa vult iustitie ꝓplemētū breuit exhiberi summarie simpliciter et de plano: sine strepitu et figura iudicij: vel aliter put q̄litas excessuū exigit. Nō obstātib⁹ q̄buscūqz obstaculis que possent his obuiare. Capl'm vnicū.

Requētes imo inſeroſe quodām nō de diuersis mūdi ptib⁹ venerabiliū frm nrox epox aliorūqz supiox platox necnon dilectox filiox: rectox: curatox: ⁊ prochialiū sacerdotū q̄rele ℨ dilectos filios frres pdicatox ⁊ miox ordinū: nrm ⁊ sedis aplice excitarūt auditū: ⁊ clamorosis insinuatiōib⁹ excitare ⁊ fatigare nō cessant: q ijdē frres decretalē dudū editā a fe. re. Bo. pa. viij. p. n. q̄ incipit sup cathedrā[a]. Ac p pie me. Cle. papa. v. p. n. i vien. ꝓcilio. inouatā temere obſuare nō curāt: sed ipam trāsgredi nō timētes in eiusdē sedis cōtēptū: aiax suax piculū: ⁊ eorūdē et ecclīax prochialiū piudiciū ⁊ grauamē. ¶ Intellexim⁹ q̄qz q plerūqz pfat⁹ dictox pdicatox et miox necnō heremitax scti Aug. ⁊ carmelitax ordinū frib⁹ i cui⁹ ordinis dictox heremitarū psonis idē pdecessor Bo. cōstōnē pdictā in q̄ tm̄ de ips pdicatox et miox cauebat ordinib⁹: p oia voluit postmodū itegraliter et icōcusse ſuari. Et ad quē pdictox carmelitarū frm ordinē: nos subsequenter cōstōnē eādē quo ad oia i ea ꝓtēta duxim⁹ extēdendā: a pdict⁹ epis: plat⁹: rectorib⁹: curat⁹: ⁊ sacerdotib⁹ ℨ tenorē ꝓstōnis pdicte graues iiurie atqz molestie in diuersis ptib⁹ inferunt. Nup p pte veñ. fris nri archiepi Burdegal. ⁊ dilectox filiox capl'ox maioris Burdegal. ⁊ aliax ecclīax: poratuū: quētuū: rectox: curatox: sacerdotū: ⁊ vicariox prochialiū: ac clericox tā regl'ariū q̄ scl'ariū ciuitat⁹ et dyocesis pdictax nobis extitit itimatū q̄ pdicti eorūdē pdicatorū: al'as pdictorū minorū: heremitarū et carmelitarū ordinum fres ℨ tenorem decretalis eiusdē:

a ¶ Sup cathedrā. nūc est subtitu. de sepul. in cle. et incipit dudum. Constitutionem papalem violās piculose subijcit.

mkta eisdẽ ꝛ eoꝝ singulis grauamia ꝛ iiurias iferũt ꝛ iacturas. Quigiꝫ parũ eẽt iura ꝓdere nisi q̃ ea tueaꝫ existat Nos volẽtes de fr̃m nr̃oꝝ ꝓsilio decretalẽ ꝓdictã sup cathedrã irrefragabiliꝫ obꝛuari. Dis. v. p aplica scpta mãdam⁹ q̃ten⁹ vos vel duo aut vn⁹ vr̃m p vos seu aliũ vel alios: etiã si sint extra loca i q̃b⁹ estis ꝓꝛuatores seu iudices deputati/tã eisdẽ archiepo: capl̃is: ꝑoꝛib⁹: cõuẽtib⁹: rectoꝛib⁹: curatꝰ: sacerdotib⁹: vicarijs: ac clero ciuitatꝰ ꝛ dyocesis. ꝓdictarũ ꝛ eoꝝ cuilibet aduersus predictos q̃cũq; econuerso eisdẽ fr̃ib⁹ aduersus archiepm: capl̃a: platos: ꝑores: ꝑuẽt⁹: rectores: sacerdotes: vicarios: ac clerũ: ꝓfatos ꝛ singl̃os eorũdẽ efficacib⁹ defensiõib⁹ ꝓsidio assistẽtes: ac faciẽtes decretalẽ ꝓdictã q̃ ad oĩa eius capl̃a put iacẽt firmiꝫ obꝛuari: nõ ꝓmittatꝰ ꝫ tenoꝛẽ ipsi⁹ p memoratos fr̃es dictoꝝ ordinũ eisdẽ archiepis: capl̃is: platis: ꝑoꝛib⁹: ꝑuẽtib⁹: rectoꝛib⁹: curatꝰ: sacerdotibus: vicarijs: ac clero: vel alicui seu aliq̃b⁹ eorũdẽ: nec etiã ꝓdictos archiepm: capl̃a: platos: ꝑuẽt⁹: rectores: curatos: sacerdotes: vicarios: ac clerũ: seu aliquẽ vel aliq̃s ipoꝝ eisdẽ fr̃ibus grauamia ac iiurias irrogari. Facturi ipis hincide de q̃buscũq; iiurijs: molestatiõib⁹: grauamib⁹: et dãnis vicissim illatꝰ hacten⁹ ꝛ etiã i posterũ iferẽdis eisdẽ ꝫ tenoꝛẽ ꝓstõnis eiusdẽ i illis vcz q̃ iudicialẽ req̃rũt idagine sũmarie simplicit ꝛ de plano sine strepitu iudicij ꝛ figura: i alijs ẋo put q̃litas ipoꝝ exigit iusticie cõplemẽtũ. ¶ Molestatores miores et maiores hmõi necnõ ꝫdictores q̃slibet ꝛ rebelles q̃cũq; ꝛ q̃tiẽscũq; expedierit p cẽsurã eccl̃iasticã appellatiõe postposita ꝓpescẽdo. Nõ obstãtib⁹ q̃buscũq; exẽptiõib⁹ spãlib⁹ vl̃ gñalib⁹ tã fr̃ib⁹ ꝛ ordinib⁹ ꝓdictꝰ vl̃ alicui seu aliq̃b⁹ fr̃m ꝛ ordinũ eorũdẽ q̃ ꝓfatꝰ archiepo. capl̃is: platꝰ: ꝑoꝛib⁹: ꝑuẽtib⁹: rectoꝛib⁹ curatis: sacerdotib⁹: vicarijs: ac clero seu ipoꝝ alicui vel aliq̃b⁹ cõiuꝫ vl̃ diuisim sub q̃cũq; forma vl̃ expssiõe ẋboꝝ ab eadẽ sede ꝓcessis: ac eiusdẽ Bo. q̃ cauek ne aliq̃s extra suã ciuitatẽ vl̃ dyocesim nisi i certꝰ exceptꝰ casib⁹ ꝛ i illis vltra dietã vnã a fine sue dyocesis ad iudicium euocẽt⁹. Seu ne iudices et ꝓꝛuatores a sede deputati ꝓdicta extra ciuitatẽ ꝛ dyocesim i q̃b⁹ deputati fuerit ꝫ q̃scũq; ꝓcedere: siue alij vl̃ alijs vices suas ꝓmittere: aut aliquos vltra vnã dietã a fine dyocesis eiusdẽ trahere ꝑsumant: dũmõ vltra duas dietas aliq̃s extra suã ciuitatẽ auctepresentiũ nõ trahaꝫ. Seu q̃ de manifestis iiurijs: molestijs: talijs q̃ iudicialẽ idagine exigũt (penis i eos si secꝰ egerit ꝛ etiã id ꝑcurãtes adiectꝰ) ꝓꝛuatores se nullatenꝰ intromittãt q̃ alijs q̃buscũq; ꝓstõnib⁹ a romano põtifice tã de iudicib⁹ delegatꝰ et ꝓꝛuatorib⁹ q̃ ꝑsonis vltra certũ nũerũ ꝑ lr̃as aplicas ad iudicẽ non vocandis: aut alijs edictꝰ q̃ nr̃e possent iurisdictiõi aut ptãti eiusq; exercitio libere qũolibet obuiare. Seu si tã eisdẽ fr̃ib⁹ vel eoꝝ ordinib⁹ aut alicui seu aliq̃b⁹ fr̃m ꝛ ordinũ ꝓdictoꝝ q̃ archiepo: capl̃is: platꝰ: ꝑoꝛib⁹: ꝑuẽtib⁹: rectoꝛib⁹: curatis: sacerdotib⁹: vicarijs: ac clero ꝓdictꝰ vel aliq̃b⁹ ipoꝝ seu q̃busuis alijs cõiuꝫ vel diuisim a ꝓfata sede sit idultũ q̃ excõicari: suspẽdi: vel iterdici seu extra vl̃ vltra: circa vl̃ alio q̃cũq; mõ ad iudiciũ euocari nõ possit p lr̃as aplicas nõ faciẽtes plenã ꝛ expssã ac de ẋbo ad ẋbũ de idulto hmõi ꝛ de eoꝝ ꝑsonis: locis: hoib⁹: ordinib⁹: et noib⁹ ꝑpꝛijs mẽtionẽ. Et q̃buslibet alijs idulgẽtijs seu ꝑuilegijs dicte sedis gñalib⁹ vel spãlib⁹ quoꝝcũq; tenoꝝ exist̃at p q̃ ꝑtib⁹ nõ expssa vel totaliꝫ nõ iserta nr̃e iurisdictiõis explicatio i hac pte valeat qũolibet ipediri. Et de q̃b⁹ quoꝝcũq; totꝰ tenoꝛib⁹ de ẋbo ad ẋbũ spãlẽ oporteat in nr̃is lr̃is fieri mẽtionẽ. ¶ Ceterũ iudicib⁹ seu ꝓꝛuatoribus q̃buscũq; p lr̃as apostolicas sub q̃cũq; alia q̃ ꝑti ẋboꝝ forma vel expssiõe ꝓfectas/ eisdẽ ꝑdictoꝝ ꝑdicatoꝝ: minoꝝ: heremitarũ: ac carmelitaꝝ ordinũ fr̃ib⁹: seu ipis ordinib⁹ cõiuꝫ vl̃ diuisim sup dãnis et iiurijs ꝛ alijs q̃buscũq; reb⁹ seu negocijs aĺs deputatꝰ et subdelegatis eoꝝ ꝑtib⁹ ꝛ futurꝰ auctepẽtiũ distrct⁹ ihibem⁹: ne aliquẽ seu aliquos auctelr̃arũ papaliũ ptextu seu occasiõe quoꝝcũq; dãnoꝝ vel iiuriarũ siue grauaminũ ꝫ tenoꝛẽ ꝓdicte ꝓstõnis sup cathedrã ipsis fr̃ib⁹ seu eoꝝ ordinib⁹ antedictis cõiter vel diuisim a q̃buscũq; ꝑsonis illatoꝝ hacten⁹: ꝛ etiã iferẽdoꝝ i posterũ: corã se alicubi deiceps ad iudiciũ vel aĺs q̃quomõ vocare seu i cãm aliq̃ten⁹ trahere ꝑsumãt. Inhibitionẽ hmõi nõ solum ad futura: sed etiã ad quouismõ adhuc pẽdẽtia: ꝛ icepta negocia volẽtes extendi: ac decernẽtes ꝓfatas lr̃as et ꝓcessus eorum auctepe q̃cũq; habitos ꝛ hmõdos ad dãna/grauamina/ꝛ iiurias hmõi ꝫ tenoꝛẽ dicte ꝓstõnis illata ꝛ inferẽda (vt dictũ est) deiceps aliq̃ten⁹ nõ extẽdi: ac etiã irritũ et iane si secꝰ sup ꝓmissis p quoscũq; sciẽter vel ignoraꝛter ꝓtigerit attẽtari. ¶ Vobis nihilomin⁹ iiũgẽtes vt ihibitionẽ nostrã hmõi ad dictoꝝ iudicũ seu ꝓseruatorũ ꝛ subdelegatoꝝ noticiã de q̃b⁹ vobis expedire videbit deducere procuretꝰ. Insup volum⁹ ꝛ auctepe aplica decernim⁹ q̃ q̃libet vr̃m ꝑseq̃ valeat articulũ etiã p aliũ inchoatũ: q̃uis idẽ inchoãs nullo fuerit ipedimẽto ꝓpeditꝰ canonico. qcq; a data pr̃sentiũ sit vobis ꝛ vnicuiq; vr̃m i ꝓmissis oib⁹ et eoꝝ singl̃is ceptis et nõ ceptꝰ/ pr̃tib⁹ ꝛ futurꝰ et ꝑteritꝰ/ licitũ ꝓcedere ac si ꝑdicta oĩa ꝛ singl̃a corã vobꝰ cepta fuissent: et iurisdictio vr̃a ꝛ cuiusꝫ vr̃m in ꝑdictꝰ oib⁹ et singulis ꝓcitationẽ vel modũ aliũ legitimũ ꝓpetuata extitisset: ꝓstõne ꝑdicta sup ꝓseruatoꝛib⁹ ꝛ alijs qũolz i ꝫriũ edita nõ obstãte. Datũ quinto. x. kal. februarij. põti. nr̃i. ãno. xj.

Iohannes. xxij.

Jura condere parũ esset nisi q̃ ea tueret existeret. ff. de orig. iur. l. ij §. post origine de elec. c. vbi periculũ. §. preterea. ll. vj.

Jurisdictio p citationẽ ꝓpetuaꝫ. c. gratum. de of. dele.

a ¶ Summarie ꝛc. ꝓpter ista verba hec exuagans sub hoc ti. fuit posita Que autẽ cause sint sic decidẽde. vide. c. dispendiosam. eo. ti. in cle. Et q̃d illa verba iportẽt declaraꝫ p ca. sepe. de ẋbo. sig. in cle.

b ¶ Euocek. loq̃tur de ca. statutũ. de rescrip. li. vj. c ¶ Conseruatores. loquitur de. c. j. de of. dele. lib. vj. d ¶ Numerũ. Vide. c. cũ in multis. de rescrip. li. vj. Excõicari ne possint aliquibus quandoq; conceditur.

De Dilationibus.

Premisso elegãti exordio: ostẽsisq; periculis que ꝓpuniunt ex falsoꝝ florenoꝝ fabricatione: citãtur perẽptorie fabricãtes: data sibi dilatione triũ mensium infra quos corã papa cõpareãt: aĺs cõtra ipsos eoꝝ absentia nõ obstãte ꝓcedeꝫ put iusticia suadebit. Capitulum vnicum.

Peccatũ vnum suamole attrahit aliud.

Lucrorũ cupiditas ad multa nefaria impellit.

Qui delictoꝝ diuersoꝝ nexib⁹ ac tenebris inuolutos plerũq; trahit i maioꝝ scelerũ ꝑcipitium moles ꝓpõderãs pctõꝝ. nam et si diuersos diuersa delicta coinq̃nent: sunt tñ nõnulli q̃ ꝓpe salutꝰ imemores delictꝰ cõib⁹ ꝛ vulgarib⁹ nõ ptẽti: ad ꝓpha na ꝛ vetita ꝓrũpẽtes: sic dãnata cupiditate lucroꝝ ac iex hausta eoꝝ voragine deuoluunt: q̃ dũmodo suas ingluuies ad quas inhiãt expleãt: se lucris illicitꝰ imo iacturis spũalib⁹ temere imergẽtes: honori dei ꝛ aiaꝝ saluti: ac sacroꝝ canonũ ꝛ ipialib⁹ edictis ꝛ iurib⁹ cõib⁹ capturas nepharias et lucra illicita anteponũt ¶ Sane iãdudũ ad nr̃i aplatus auditũ multorũ fide digna relatio sepius etiã repetita pduxit: et fama tã publica p facti euidẽtiã diuulgata effecit notoriũ nõnullos eẽ i lõbardie superioꝰ ꝛ marchie. Januẽ. ptib⁹ q̃ licẽtie temerarie laxatis habenis licere sibi pr̃sumẽtes illicita: cudũt⁽ᵉ⁾ et fabricant seu cudi ꝛ fabricari faciũt florenos auri fm formã ꝛ signum ꝛ coinũ ac circũferẽtias lr̃aꝝ q̃ in ciuitate florentie (a tpe cuius nõ extat memoria) cudi ꝛ fabricari sũt soliti: ꝛ cudunt ꝛ fabricant etiã in pr̃senti. Et q̃uis dicti florẽi ad verã florenoꝝ de florẽtia similitudinẽ fabricati in ẋo et solito florenoꝝ eiusdẽ ciuitatis põdere cõiter et bonitate auri et vero florenoꝝ valore deficiãt: ipsi tñ (simulata eoꝝ effigie) ꝑsonas vt plurimum simplices ꝛ q̃cq; etiã in hmõi reb⁹ exptas decipiũt: ipsaq; dãnis reꝝ ꝛ periculis ꝑsonaꝝ exponũt: dum p veris florenis ipos recipiũt. Cum etiã ꝑterea in talib⁹ plurimi nõ habeãt inter florenos ꝛ florenos tãte similitudinis peritiam discernẽdi. ¶ Nos itaq; tãtis ꝛ pcipue aiaꝝ piculis affectu pr̃no occurrere cupiẽtes: monem⁹ oẽs ꝛ singl̃os taliũ ꝑsumpto-

e ¶ Cudunt ꝛc. vide. c. q̃sto. cum ibi notatis. ff. iureiu. in anti. et exuagantem spondent. j. de cri. falsi.

res:ipis nihilomin⁹ districti⁹ inhibẽtes ꝗten⁹ deinceps a cusiõe ⁊ fabricatiõe florenoꝝ hmõi cessẽt/realiter ⁊ effectualr resipiscãt. Nihilomin⁹ pñtis edicti pẽptorij aucte citãtes eosdẽ ac eoꝝ singulos sub pena priuatiõis iuris si qõ eis sup cudẽdis florenis cõpetit: quã ipos cessante iusto ipedimẽto (si in exequẽdis mãdatis nr̃is hmõi remissi seu negligẽtes fuerint) incurrere volum⁹ ipo facto: vt infra triũ mẽsiũ spaciũ a data pñtiũ numerãdũ p se vel p procuratorẽ ydoneũ aplico ꝓspectui se pñtẽt. ꝓposituri quo iure ipis florenos cõpetat ius cudẽdi: ac exhibituri ꝓuilegiũ si qõ sup ꝫ habeãt: vel ius aliõ si qõ sibi credãt ꝓpetere ostẽsuri. Et nihilomin⁹ sup pdict⁹ facturi ⁊ recepturi qõ iusticia suadebit. Intimãtes eisdẽ ꝙ si nõ venerit: nos ex ipos sup õmissis ⁊ ea tãgẽtib⁹ ꝓcedem⁹ put expedire viderim⁹ ⁊ suadebit iusticia: ipoꝝ absentia nõ obstante. ¶ Ut aũt hmõi nr̃a nũciatio atq; citatio ad cõem oim noticiã deducat: cartã siue mẽbranã citationẽ atq; monitionẽ hmõi continẽtes: in maioris eccl̃ie Auinion. affigi hostijs faciem⁹. Que ꝓcessum hmõi suo qsi sonoro preconio ⁊ patulo indicio publicabũt: vt pdicti moniti et citati/et alij q̃cũq; q̃ sua crediderit interesse: vel quos ꝓcessus ipse cõtigit nullã possint excusationẽ pretẽdere: ꝙ ad eos ꝓcessus hmõi non puenerit: vel ꝙ ignorauerit eũdem: cũ non sit verisimile remanere quo ad ipos incognitum vel occultum qõ tam patẽter oĩb⁹ publicat. Datum Auinione. vj. kal. Decẽbris. põtificat⁹ nr̃i anno. ix.

Judex infer citãdũ põt cõminari se processurum. Vide catum ex litteris. de resti. in integrum.

Occultũ non presumit quod oĩbus publicatur.

De Dolo et contumacia.

Bonifacius octauus.

Citationes etiam extra dies solẽnes publice facte de mãdato pape in audiẽtia l̃raꝝ aplicaꝝ vel papali palatio affixe ianuis maioris eccl̃ie loci in quo papa cũ curia sua degit: artãt citatũ ac si ad eũ ꝓsonaliter deuenissent. Restringitur tñ hec extrauagãs ad illos q̃ impediũt ne ad eos possit citatio puenire: vel quoꝝ domicilium tute adiri nõ potest. vt. c. j. de iudi. in cle. Capitulum vnicum.

Diuisio.

REm non nouam. Hec decre. diuiditur in q̃tuor partes. Nã ꝓmo premiũ ad intentum premittit. Secundo ver. est siquidem: ad hoc ꝓbãdum plura argumẽta iducit. Tertio ꝙsi. ꝓmissis: sup ipo itẽto statuit. Quarto ꝙsi. nõ obstãtibus. statutũ huiusmodi per nõ obstantia munit.

Astrictus ad aliqd faciẽdum ad quid tenetur.

a Insolitam. C. de iud. rẽ nõ nouã. Et q̃ est astrictus ad insolita nõ tenetur de solitis. ff. de contrahẽ. emp. fistulas. §. frumenta. et astrictus simpliciter tenet de solitis non de insolitis. ff. de lega. iij. q̃ solitum. ff. de annu. lega. seyo. §. fi. na. Unde astrict⁹ in genere ad cõmunẽ modũ tenet. ff. de ver. obli. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de edil. edic. si qs vẽditor. C. de dona. si qs argentũ. §. j. ⁊ astrict⁹ ad solita faciens insolita de casu tenetur. ff. de neg. ge. si negocia absentis.

b Peruenire citatio Et litt. non contest. quoniã. §. pozo. ff. qõvi aut clam. l. j. §. sed aristo. ff. de euic. si ideo. §. fi.

REm nõ nouã aggredimur: neq; viã insolitã[a] ambulamus: sed anteriorꝝ iuris calcatã vestigijs pñtis ꝓstõnis indubitato roboramus suffragio: ⁊ incõcusso munimine stabilim⁹. ¶ Est siq̃dẽ iam sancitũ ꝙ ꝓpositũ publice citationis edictũ eũ artet: q̃ impedit aut facit etiã se celando ne ad eũ possit puenire[b] citatio: appeatq; cõtumax q̃ sic agit. Qd̃q; in albo ptoris hmõi edicta ꝓposita sue iurisdictioni subiectos arceãt et astringãt magis ꝫ si voce preconia (q̃ innotescit paucis) vel litteris citarẽtur. Jus[b] eñ qõ talem modũ citationib⁹ ꝓposuit: violẽter[c] presumpsisse credẽdũ est / vt q̃ in eodem albo tot ipsi⁹ albi publicũ locũ frequẽtantiũ oculis pateret legẽda: ad citati noticiã deueniret. Unde ad prebẽdã oĩb⁹ eoꝝ q̃ sanciũtur plenã lectionem et notionẽ mãdatur legẽ tabulis aut lapidibus[f] sculptã: sctissime eccl̃ie describi porticib⁹ ⁊ affigi. ¶ Premissis igit in debitã cõsiderationem deductis: ac in lãce irrefragabilis rõnis[g] appensis: nos qui vniuersis[h] (disponente dño) pesse dinoscimur: volentes p hãc nouellã ꝓstõnem aliq̃d circa pdicta statutũ exp̃ssi⁹ inueniri: declaram⁹ de ffm nr̃oꝝ psilio: ⁊ nihilomin⁹ hoc edicto ꝓpetuo valituro firmam⁹ et statuim⁹ vt citationes aucte aplica de q̃buscũq; personis vñcũq; ⁊ vbicũq;[i] sint cuiuscũq; stat⁹/dignitat⁹ vel pemin̄tie ecclĩastice vel mũdane: etiã si imperiali vel regali fulgeãt dignitate: pserti[k] si ipediãt vel faciãt p se vel p alios[l] q̃quomõ: ne citatiões ipe ad eos pueniãt: ex q̃cũq; cã faciẽdo vt citadoꝝ domicilia siue loca tute vel libere adiri nõ possint: cum (put scriptũ est) existimare debeamus an eo[m] ire liceat[n] vbi est citatio faciẽda/perinde ad instar edictoꝝ pfatoꝝ ꝓpositoꝝ in albo[o] ptoris: etiã extra solẽnes[p] dies i q̃b⁹ romani põtifices suos facere ꝓsueuerũt gñales ꝓcessus publice id nobis spãliter ⁊ ex certa scientia iubẽtib⁹ facte i audiẽtia litteraꝝ nr̃aꝝ: aut i aula nr̃i palatij postmodũ affigende ianuis maioris eccl̃esie loci in quo romana cõis oim xp̃iani ppli nationũ residebit curia: vt cũctis possint patere: et ita deferri citatis sic valeãt ac arteant citatos post terminum lapsum quem (cõsiderata locoꝝ distantia[q]) volumus citationib⁹ ipsis cõpetentem apponi: sicut[r] fac. erit. l. j. §. dolum. nec eulogijs seu relationibus est credẽdum. ff. de custo. re. diuus. ij. Et nũcio iurato creditur. eꝝ de ap. cũ parati. non illi qui non est preco iudicis. extra de pba. quoniam contra.

a Irrefragabilis.

b Uniuersis. Non tamen in vniuersis causis seu negocijs. vt no. in extrauagan. c. vnam.

c Qd̃q; in albo. Ar. ff. de iur. om. iu. si id quod. j. rñ. no. ff. de albo scri. per totũ. aut. de litig. §. oẽm. col. viij. C. quomõ et qñ iud. aut. q̃ semel.

d Jus. Hic ex iuribus iam allegatis arguit.

e Violenter presumpsisse. De violẽtia presumptione habetur extra de presump. litteras. et. c. quanto. et ibi not.

f Lapidib⁹. Aut. scriptũ exp̃. l. ij. §. fi. col. ij. et ar. ff. de ori. iur. l. ij. §. j. aut. de iudi. in fi. col. vj.

g Rationis. Sumpte tam ex precedẽtibus qꝫ subsequentibus.

i Ubicũq;. Et sic ligãtur existentes in eadem prouincia seu alia / siue etiam modico freto distent: seu si fuerint vltra mare. ff. de ver. signi. notionem. §. j. C. de dila. l. j.

k Pserti. Verbũ pserim q̃cũq; tenet cõparatiue: aliq̃n tenet precisiue vt pro tñ. vt not. exde symo. p tuas. j. circa fi. et dic ꝫ teneri pcise vt i casu ꝫ posito ⁊ alijs parẽ equitatẽ seu maiorẽ hñtib⁹. vt. j. no. sec⁹ regulariter. Nã q̃ citatio facta voce pconis vel in albo pretoris contra anglicũ vl̃ theutonicũ qui verisimiliter non credebat habere cãm in curia romana arctaret eũ: eẽt durũ et contra stilũ curie q̃ non citatum ab homine vel a iure vult citari si negocium ad curiã reuocet per l̃as. Et p hũc modum quilibet teneret habere procuratorem in curia. et hoc modo curia oẽs ad se facere ret venire: nec iste citatus in albo pretoris de quo non est ius expresse vl̃ voce pconis i palatio papali debet eẽ nimis credul⁹ referentib⁹ se citatũ. ff. de eo p quem fac. erit. l. j. §. dolum. nec eulogijs seu relationibus est credẽdum. ff. de custo. re. diuus. ij. Et nũcio iurato creditur. eꝝ de ap. cũ parati. non illi qui non est preco iudicis. extra de pba. quoniam contra.

Pserti tenet duplicer.

l Per alios. ff. de admini. tu. ita autem. §. gessisse. extra de sentẽ. excõmu. mulieres. §. fi.

m Eo. aduerbium est loci: ⁊ sumuntur hec verba. ff. ad treb. de etate.

n Ire liceat. Tute vel libere: vt pmittitur: et hec estimatio debet esse verisimilis vt timor non sit vanus. alꝫ citatio artaret. extra de sponsa. ij. ff. qõ me. cau. l. metum. ff. si cui plus qꝫ. per. l. fal. hoc aut̃. j. rñ. ff. de reg. iur. vani timoris. Nam sicut ꝓuiderũt ptib⁹ quib⁹ nõ patet securus ad iudicẽ accessus. eꝝ de ap. ex pte. j. ita decuit ꝓuidere iudicibus / executorib⁹ / aut apparitoribus / eorum in citationib⁹ faciẽdis qñ nõ patet ad partes securus accessus. eꝝ vt lit. nõ cõte. tue. et hic. quo casu debet in citatione exprimi. argu. extra. vj. lib. de appel. romana. §. cum autem. ff. de transac. cum hi. §. vult igitur. et. §. si pretor. ar. op. ad hanc distinctionem. extra. vj. lib. de offi. dele. statuimus.

o In albo pretoris. Papa hoc specialiter et ex certa scia iubẽte. vt. j. sequit in casib⁹ pari vel maiori equitate nitẽtib⁹ qꝫ sit casus. ff. e. §. est siquidẽ. j. rñ. alꝫ rlariter intelligẽdũ est de illo citato prio legitime. nã negocio per citationem iuris vel hois ad curiam legitime deuoluto: pars citatur nihilomin⁹ in audiẽtia publica vel pconizatione: vel in albo ptoris citat: et tũc hmõi citationes sunt magis citationũ iam factarum exaggregationes contumaciã ptis antea citate declarantes.

p Solẽnes dies. Qui sunt tres: dies iouis sancta: dies ascensionis dñi: et dies dedicationis basilice beatoꝝ apostoloꝝ petri et pauli: qui est octaua dies post festum sancti martini.

Dies solẽnes sunt tres.

q Distantia. ff. de ver. obli. continuus. §. cum ita. et. l. interdum. extra. lib. vj. de elec. cupientes. §. hac generali.

r Sicut. Hic sicut est sicutiuum quo ad hoc ꝙ vtrobiq; teneat ꝓces-

ſus mero iure.plus tamen delinquit ille quem citatio apprehendit.ff. de in integ.reſtitu.diuus.

Cōtumax pōt excōicari:⁊ contra eū ſnīa diffinitiua ferri.

a ¶ Perſonaliter apprehendiſſent. Et ſic talis contumax poterit reputari.ff.de ap.ex conſenſu.§.fi.et ibi no.⁊ cōtra ipm ad excōicationē procedi.xj.q.iij.nemo epoꝝ.et diffinitiua ſnīa ferri: vt dicto.§.porro. Sed nūqd ſunt de iure cōi? Dic ꝙ ſic ꝑ argumēta hic adducta ītelligo. vt no.s.eo.i ꝟbo.i albo. Sed et illa q̄ agūt i vna dyoceſi p̄ſumunt ignorata in alia: ꝗ magis i illa q̄ ſunt acta i alia ꝓuīcia.ex̄ q̄ ma. accu.poſ.cū in tua. Itē dato ꝙ aliqs *malicioſe faciat ne citatio* ad ipm ꝑueniat: citatio tn̄ eſt ad eccl'iam ſeu ad domū faciēda. ex̄ de do.et ꝯtu.c.cām. et.c.ve-

ſi eos perſonaliter[a] apprehēdiſſent. ¶ Non obſtātibus[b] aliquib⁹ priuilegijs/indulgētijs ⁊ litterꝭ apoſtolicis generalibus aut ſpecialibus quibuſcūq; pſonis pontificali/imperiali/regali vel alia eccleſiaſtica/ſeu mūdana dignitate preditis: alijſq; inferiorib⁹ eccleſijs/monaſterijs/locis/collegijs ⁊ vniuerſitatibus in quacūq; forma verborum conceſſis: per que talium citationum effectus poſſit quomodolibet impediri: etiam ſi de ipſis ⁊ eoꝝ totis tenoribus de ꝟbo ad ꝟbum aut de ꝓprijs noibus pſonaꝝ/monaſterioꝝ/eccleſiarum/locoꝝ illoꝝ quib⁹ conceduntur: vel eoꝝ ordinibus aut dignitatib⁹ oporteat in nr̄is litteris fieri mentionem

nerabilis.ex̄ de cle.nō reſi.ex tue.ex̄ de eo q̄ mit.in poſ.ca.fi. et.ff.qb⁹ ex cau.in poſ.ea.hec autē.§.j. Itē leges ⁊ ſi ſint publicate vbi ſunt facte: nō artāt abſentes niſi in eoꝝ ꝓuīcijs publicate fuerīt ⁊ duob⁹ mēſib⁹ elapſis.aut.vt fac.no.ꝯſti.§.pe.col.v.xviij.diſ. decernim⁹.hoc apparet

Citatio ē p̄ncipiū iudiciorum.

in q̄libet ꝯſtōne autētica i q̄ i fine mādat publicatio eiuſdē. Itē ar.ff. que ſen.ſine ap.reſcin.l.j.§.itē cū ex edicto.et ſunt hec ꝟa regulariter: qꝛ citatio q̄ eſt p̄ncipiū iudicioꝝ.inſti.de pena te.liti.§.fi.debet hr̄e p̄ncipiū certū et firmū:cum ſit potiſſima ps cuiuſcūq; rei.ff.de ori.iur.l.j. al's iura fruſtra viderent dicere ꝙ manifeſtatio debet fieri p̄ſidib⁹ vel in facie eccl'ie:vel ad domū.ff.de excu.tu.ſcire oportet.§.oportet.et.d. ca.venerabilis.aut ꝓcuratori/aut amicis.ff.qd̄ vi aut clā.aut q̄ alit. §.⁊ ſi forte.ff.de dā.infe.l.de pupillo.§.totiēs.ff.ex q. cau.ma.l.ſciēdū. Sed fallit regula in caſu quē concludit primū arg.hic allegatū:cum per illū q̄ mādabat citari ſtet ne citet.ex̄.vj.li.de re.iur.iputari.et.c.cū ſtat.et ibi no.et.c.ꝑ poſſeſſore. Itē ar.ſcdm̄ itelligo vt not.s.in ꝟbo in albo. Al's regulariter citatio facta in curia ſupponit legitimā citationem p̄ceſſiſſe vt eſt dictū:et h̄ innuit dictus.§.oēm. Itē ad arg.tertiū dic ꝙ lex ſcriptū exēplar loquit.non de neceſſitate:ſed de vtilitate vel expediēti:vt ibi patet in ꝟbo melius et ꝟbo vtilius. Itē loquit de habitātib⁹ in eodē loco:vt in ꝟbo habitātib⁹.arg.ff.de iuriſdi.om.iudi.ſi per errorē.ſec⁹ eſt ihabitātib⁹ in remotis. Et diſtigue:aut factū gn̄ale eſt ad oēs:et ſic ſufficit publice ꝓponi nō in auribus ſingulorū inculcari.ex̄ de poſtu.prela.c.j.lxxxij.diſt.ꝓpoſuiſti. liiij. diſt.ex antiquis. ff.de inſtito.ſed et ſi pupillus.§.pſcribere.ar.ff.de an.lega.meuia.in fi. Aut eſt factū ſpāliter tāgēs partē:et ſic regulariter citatio nō ſufficit gn̄alis i albo.vt eſt.s.ꝓbatū.ar.ad hāc diſtictionē.ex̄.vj.lib.de elec.c. fi.in fi.et.ff.de ap.cum quidam. Io.monachi cardinalis.

Citatione nō p̄miſſa: an poſſit papa ꝯtra aliquē procedere.

b ¶ Non obſtantibus aliquibus priuilegijs. Similia non obſtantia habent.ex̄.vj.li.de ſen.excō.c.fi.in fi.ex̄.e.li.de elec.qꝛ ſepe. Et abſq; his nō obſtantib⁹.p̄uilegia nō tollerent.no.ex̄.vj.lib.de ꝯſti.c.j. Et qd operent nō obſtantia in lr̄is beneficialib⁹.no.ex̄.vj.li.de reſcrip.cū aliqb⁹. Ad euidētiā p̄miſſorū q̄ro an papa ꝓcedere ꝯ aliquē valeat citatione non p̄miſſa? Et vr̄ ꝙ ſic:qꝛ eſt ſupra ius.ex̄ de cōceſ.p̄bē.ꝓpoſuit. Itē qꝛ princeps ſolut⁹ eſt legib⁹.ff.de legi.⁊ ſenatuſcō.princeps. Itē papa habet plenitudinē ptātis.ij.q.vj.decreto.ex̄ de pe.⁊ re.cū ex eo.in fi.ex̄ de vſu pal.ad honorē. Sed ꝯ:citatio eſt p̄ncipiū ꝓceſſus iudiciarij.vt s.not.et habet ex̄ de proba.qm̄ ꝯ.et ad finē iudicioꝝ q̄ eſt ſnīa.ff.de re iudi.l.j.attingi ſine p̄ncipio nō pōt. Dic ꝙ citatio eſt de ptinentib⁹ ad iudiciariū ordinē. Iudiciari⁹ aūt ordo req̄rit vt iudex q̄libet ex aliq̄ iure ꝓcedat. Conſiderādū eſt p̄mo q̄liter ad ius ſe habeat iudex de q̄ nūc eſt ſmo videlicet papa. Scd̄o q̄lit ad idē ius citatio ſpectet. Tertio ex his deducet ſolutio queſtiōis. ¶ Circa p̄mū ſciēdū eſt ꝙ p̄ter legē eternā diuini itellect⁹ q̄ ſm Aug.in.j.li.de liber.ar.ſūma rō noīat. de q̄ habet.xxiij.q.v.lex eterna.fuit neceſſe eē aliquā legē naturalē ſiue aliqd̄ ius naturale īpreſſum hoī tāq; ꝑticipationem quādā legis eterne:in q̄ ſtatim a p̄ncipio nobis nota fierēt principia agēdoꝝ:puta ꝙ bene eſt agendū:nulli nocēdū: ꝙ bn̄ agētes p̄miari debent:peccantes autē puniri.iij.diſt.oīs. Preter h̄ etiā neceſſe fuit eſſe aliquā legē diuinā:ſiue aliqd̄ ius diuinū:qꝛ ꝑ legē naturalē nō poterat hō dirigi in finē ſupnaturalē: eo ꝙ naturalē ꝟtutē et facultatem hoīs excedit viij.et ix.diſt.ꝑ totū. A lege autē naturali diriuate ſunt leges hūane: ſed dupl'r diriuant a lege naturali.vnomō ſicut ꝯcl'ones diriuant ex principijs:alio mō ſicut determinatiōes aliquoꝝ cōmuniū ꝑ quē modū forma cōis actus determinat ad hāc vel ad illā:puta forma dom⁹ ad domū q̄dratā vel rotūdā. Primo mō lex hūana q̄ eſt nō eſſe occidēdū:diriuat ſicut ꝯcluſio a lege naturali q̄ eſt nulli malū eē faciēdū. Scd̄o mō lex hūana q̄ eſt ꝙ talis tali pena puniat: diriuat vt determinatio quedā a lege nature q̄ eſt vt peccās puniat. Sic igit q̄ʒtū ad ꝓpoſitū ſpectat q̄ntuplex eſt lex. Eterna q̄ idem eſt ꝙ diuina eſſentia. Vel verius. Lex eterna eſt (ſm Aug.ꝯ fauſtū) diuina volūtas ordinē vniuerſitatis ꝯſeruari iubēs ⁊ ꝑturbari vetās. Diuina q̄ regulat act⁹ hūanos in ordine ad finē ſupnaturalē vite eterne. Naturalis. Hūana diriuata a naturali vt ꝯcluſio ex p̄ncipio. Hūana diriuata a naturali vt determinatio q̄dā mō expoſito. Et eodē mō eſt q̄ntuplex ius:ſcilʒ

Iudicioꝝ finis ſine principio attingi nō poteſt.

Lex eſt q̄ntuplex.

Ius eſt q̄ntuplex.

a ¶ Huiusmodi⁹ quoq̃ statuto et ordinationib⁹ nr̃is adijcim⁹: vt fratres dictorũ ordinũ in ecclesijs vel locis suis vbilibet cõstitutis liberã (vt sequit) habeãt sepulturã: videlicet q̃ oẽs ad eam recipere valeant q̃ sepeliri elegerint in locis ꝛ ecclesijs memoratis.

b ¶ Verũ ne parochiales ecclesie ꝛ ipsarũ curati siue rectores q̃ ministrare habẽt ecclesiastica sacramẽta q̃b⁹ nosci⁹ de iure

c re cõpetere/ p̃dicare/ seu ꝓponere verbũ dei: ꝛ cõfessiones audite fidelium debitis ꝛ necessarijs bñficijs defraudent: cũ oparijs mercedis exhibitio debeat: auctoritate apostolica ꝓstituim⁹ ꝛ ordinam⁹ eadẽ vt dictorũ ordinũ fratres de obuẽtionib⁹ oĩb⁹ tam funeralib⁹ q̃z quibuscũq̃ et quomodocunq̃ relictis distincte vel indistincte: ad quoscũq̃ certos vel determiatos vsus de quibus etiã quarta siue canonica portio dari siue exigi non consueuit: vel non debet de iure: nec nõ de datis vel qualitercũq̃ donatis in morte seu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis de qua decesserit quomodocũq̃: directe vel indirecte fratrib⁹ ipsis vel alijs pro eisdem:

d quartã⁹ partez (quã auctoritate ap̃lica taxam⁹: et etiã limitam⁹) parrochialib⁹/ sacerdotib⁹/ et ecclesiarũ rectorib⁹ seu curatis largiri itegre teneant: facturi et curaturi: q̃ nec alij nec alijs a quibus quarta hmõi minime deberetur ad ipsox̃ fratrũ vtilitatem vel cõmodũ hmõi fiant relicta: aut in eos taliter data vel donata procedãt: seu qđ in morte vel ab infirmis hmõi dandũ vel donanduz fratribus ip̃is existẽt: et: in eorũdẽ dantiũ vel donãtium sanitate sibi dari vel donari procurẽt. ¶ In quibus p̃ ipsos vitãdis eoruz intẽdimus cõsciẽtias onerare: vt si (qđ absit) p̃ fratres ipsos dolo vel fraude quicq̃ in hac parte agi fortasse cõtigerit: (ꝓter id qđ eos propterea dicti sacerdotib⁹/ rectorib⁹/ ꝛ curatis teneri volumus) etiã districta ratio in extremi iudicij examie requirat ab eis. Ultra portionem autẽ hmõi nihil valeãt prochiales rectores curati et prelati exigere supradicti: neq̃ illis dicti fratres amplius impẽdere sint

a ℂ Hmõi. Hic. ℌ. tractat de lacte ꝛ lana ad que inhiant p̃lati/ curati et fratres vt plerũq̃ q̃rentes que sua sunt/ nõ q̃ Jesu xp̃i ꝫ doctrinaz apostoli. Et hic. ℌ. diuidit in tres partes. Primo dicit religiosis concedit liberam sepulturam. Scđo ver. verum. curatis reseruat q̃rtam in multis casibus specificando eaz. Tertio. ℵ. vltra. mãdat ampliorem portionem non exigendam. Sed nunquid idem est ꝙandũ in alijs religiosis mendicantibus ꝛ non mendicãtibus? Dic p̃dicti duo articuli gratiose concessi predicatoribus ꝛ minorib⁹. vt. ℌ. patz ad ꝓñam non sunt trahendi. Sed hic. ℌ. in quo limitatur ius cõe ad consequentiam est trahendus. ff. de legi. non p̃sumit. ꝛ. l. se. et se. ꝛ extra. vj. lib. de re iu. q̃ a iure. ꝛ hoc dico quo ad emolumẽta sepulture/ non quo ad ipam sepulturam: quia de iure cõi non est ꝓcessa sepultura: đ est ius recipiendi ad sepulturam omnes. Sed qui habẽt ius recipiẽdi ad sepulturam quo ad partem curatorum censetur hoc ius cõe. Vel dic alios religiosos iure antiquo censeri et predicatores et minores hoc iure artari: vt istud quodãmodo sequatur ex p̃cedentib⁹ que non sunt concessa alijs religiosis.

Diuisio textus.

b ℂ Memoratis. Etiam si essent minus religiosa. extra. lib. vj. de sepul. cum quis. ℌ. si quis.

c ℂ De iure. extra de testa. c. fi. Et ℵbum in fraudem ibi positum fecit hoc adijci ne locus fraudi relin queretur: qm̃ frequẽter fraus fiebat in animarũ cõtra agentium periculum/ ꝛ rectorum detrimentum: q̃bus vtinã sit occursum.

d ℂ Quartam. Sed nunq̃d ista quarta debebitur curatis delegatis relictis fratribus/ ꝛ si legãtes apud fratres nõ elegerunt sepulturã? Dic q̃ non. Et sic no. extra de sepul. c. j. et rõ reddit hoc. ℌ. Nam iure cõi quis ꝺz sepeliri vbi recipit ecclesiastica sacramenta. exẽ de sepul. c. j. quia tñ ꝫ hoc ius datur electio sepulture in vltima voluntate: decuit, vt data electio predicta fieret sine iniuria curati: ꝛ ob hoc canonica portio que quandoq̃ erat tertia/ quandoq̃ quarta/ q̃nq̃ dimidia/ hic limitatur et taxatur: vt sit quarta ad remouendum discordias vt hic. et extra de sepul. certificari. Et vbi hoc consuetudine canonica vel statuto vt hic: vel alio modo legitimo non taxaretur dicerem illam dimidiã in dubio. ar. ff. de verbo. signi. nomen filiarum. ℌ.

Sepultura libera ẽ electio.

portiõis.ff.de vsufruc.etiã. Mã ꝓuilegiũ datũ fauore vltime volũtatis dz intelligi sine cuiuscꝫ iniuria.C.de man.libe.nec auus.ꝛ ideo fit hec ꝓpẽsatio hic non in q̃stione ꝓposita.Et si curat⁹ de oĩbus relictis haberet quartã:esset fortunat⁹ si haberet subditũ qui cẽtum miliũ marcharũ legasset. Jtẽ legatarius integrũ dz hr̃e legatum regulariter:et tõ defalcatiõnẽ eiusdem denego vbi non est iure exp̃ssum.ar. ff.de reg.iur.l.j.ꝑsertim.

Volũtas vltima ꝑ lege seruatur.

ne vltie volũtates q̃ ꝑ lege fuank.autẽ.de nupt. ℌ.disp̃at.col.iiij.minu ank:ꝛ vt vltia voluntas prorsus sit libera .C. de sacrosã.ec.l.j.Sz q̃ro eligẽs sepulturã apũd fres hz missam anteꝫ portet ad fres in prochia sua: nunqd de isto emolumẽto aliqd habebunt fres vl̃ ꝓpt̃ hoc diminuetur q̃rta dictor curatorũ? Dic q non:qa hoc casu stabo iuri cõi vbi nõ reperio ipm infractum.ex̃ vj.lib.de elec.cõstitutio

Mortuus an pri⁹ sit ad suã pro chiã portã dus si alibi elegit sepulturam.

Sed q̃ro nũqd fun⁹ dz portari primo ad parrochiã propriã? Dic q sic. si sit cõsuetudo q̃ in his fuak.ex̃ de sepul.certificari.ꝛ i.℈.pri.nõ tollit ꝓsuetudo simpl̃r sz ꝓsuetudo aduersa ꝓcedentibus.Sz qd si nõ ẽ ꝓsuetudo? Jdẽ dico q sicut iste funerat⁹ sacra recepit a ꝓpõ curato dũ viueret/sic honestũ est vt vltimum vale recipiat a suo curato:hñdo missaz in ꝓpa eccl̃ia.ar.de cons.dis.j.non opz. Jtẽ eligẽdo alibi sepulturã vr eligere ꝓpt̃ fructum aie q̃ in eccl̃ia ꝓpria per sacramta eccl̃e habuit ex ordiũ.vñ nõ decet q in fine frustrarek missa in ꝓpria eccl̃ia:et sic augebit qõ intẽdit.qõ eñ faciẽdũ erat sine electiõe qõ fctẽ electiõi nõ repugnat sz ꝓcordat est iplẽdũ:sicut intẽtioni eligẽtis et iuri cõsonũ.ar. ff. de euic.i creditore.ff.de aq̃ plu.ar.l.ij.℈.labeo.

a ¶ Mos etei.Sed nũqd ℌ.℈.respic̃ tres articulos ꝓcedẽtes vl̃ solũ i mediatũ de sepulturis? Dic q oia p̃serti ꝓpt̃ ꝛba q̃ sequũt p̃missis vel alicui p̃missorum. Sed q̃ro pactũ est sup sepultura q haberi potest regulariter licet hoc modificetur.extra.vj.lib.c. j.et.iij.mota controuersia sup hoc est sententio natũ et confirmatũ p sedẽ apl̃icã:vt de facto vidi ante hãc ꝓstitutionẽ. Munqd p hunc.℈.tollit dicta sñia ꝛ ꝓfirmatio? Videk q sic: qa si pctñ tollat: et qõ sequit ex ℞tute pctĩ.ar.C.de duobus reis.l.fi. Dic ℨ.hec ordiatio exorbitat a iure cõi:ꝛ hoc qõ nõ est ex p̃sse sublatũ stat.C.ℨ appel.p̃cipim⁹.in fi.nec sẽ-

astricti:neꝫ ad id a quoꝫ possint aliqualiter coerceri. ¶ Nos etenim[a] (vt in cunctis equaliter et pacifice fauente dño ꝓcedaℨ) vniuersa priuilegia:gr̃as:indulgentias ℞bo seu scripto sub qua cũqꝫ forma vel exp̃ssione:seu conceptione ℞borũ a nobis vel predecessoribus nr̃is romanis põtificib⁹ cuicũqꝫ ordinũ p̃dictorum cõcessa:necnõ cõsuetudines:conuentiões:statuta:ꝛ pacta inꝫtũ sunt p̃missis vel alicui p̃missorum contraria:ea penitus reuocam⁹: vacuam⁹:cassam⁹:ꝛ irritamus: quinimo cassa:vel vacua ꝛ irrita nũciamus: ꝛ decernimus nulli⁹ prorsus existere firmitatis.¶ Ceterũ vniuersos eccl̃iarũ prelatos cuiuscũqꝫ ꝑeminentie status vel dignitatis existant:ac sacerdotes parrochiales et curatos siue rectores predictos p̃sentiũ tenore rogam⁹ ꝛ hortamur ℵttẽte:nihilominusqꝫ eis districte p̃cipiendo mãdam⁹ q̃ten⁹ ꝓ diuina et aplice sedis reuerentia predictos ordines et ꝓfessores eorum habẽtes affectu beniuolo cõmẽdatos:fratribus ipsis nõ se difficiles:graues:duros:aut asperos:sed potius fauorabiles:ppitios:ac benignos:piaqꝫ munificentia liberales se studeant exhibere:sic eos in predicationis officio ꝛ ꝓpositionib⁹ ℞bi dei:ac in oĩb⁹ aliis supradict̃ tãꝫ cooperatores eorum idoneos et laborũ suorũ ꝓticipes pr̃opta benignitate recipiant:ac affectuose admittere nõ omittant: vt pinde illis eterne btitudinis premiũ augeak:et aiar̃ salutis incrementa felicia ꝓcurentur. Nec ipsos lateat q si secus ab eis agi fortasse ꝓtigerit in hac parte: apostolice sedis benignitas q̃ ordines ꝛ ꝓfessores eosdem vbere fauore ꝓsequit ꝛ gerit i viscerib⁹ charitatis:ℨ eos non imerito turbarek: nec eadem eq̃nimiter pati possz q̃n super hoc ꝓuisiõis oportune remedium adhiberet:ipsosqꝫ nihilomin⁹ celestis indignatio ꝑncipis digna pro meritis rependentis:cui⁹ obsequia fratrum ipsorũ sedulitas curiosa prosequit mĩme ꝑteriret.¶ Nulli ergo ꝛc̃.

De Decimis.

Bõifaci⁹.viij.collectori decime

Cũ Bonifaci⁹ decimã certis ex causis hic in ꝓncipio exp̃ssis ab ecclesijs ꝛ eccl̃iasticis psonis exigi statuisset:mkta dubia circa illã suborta sũt:q̃ hic clare ꝛ plixe manifestãtur. vide textũ cum glosa i cle.ij.eo.ti. vbi hec extrauagãs i mk̃t declarat.La.vnicũ

Declarationes quas in negocio decime ꝑ nos nup impsite pro ꝓsecutione guerre ac negocij regni sicilie ℨ hostes de ecclesijs et psonis eccl̃iasticis ꝑ totam italiã et cetera loca ꝓstitutis volum⁹ ob seruari(cui⁹ q̃dẽ decime in illis partib⁹ te supintẽdẽtẽ seu collectorẽ duxim⁹ deputãdum)tales sunt.¶ De redditib⁹ ꝛ ꝓuentib⁹ leprosariarũ:domorũ dei:et hospitaliũ pauperũ qui in vsus leprosorũ infirmorũ:ꝛ pauperũ cõuertũtur:decia nõ soluet.¶ Domiales etiã aliꝫ regulares psone quarũ reddit⁹ ꝛ ꝓuent⁹ eccl̃iastici adeo sũt tenues et exiles q de illis sustẽtari nõ p̃nt:sed ꝑ habẽdo vite sue sustẽtationẽ necesse hñt publice mẽdicare: ꝛ elemosynas publice petere: dictã decimã non persoluent.¶ Seculares quoꝫ clerici quorũ eccl̃iastici reddit⁹ ꝛ ꝓuẽt⁹ annui summã.vij.florenor̃ auri nõ excedũt eãdem decimã nõ p̃stabũt.¶ Si ℵo vna psona plura habeat bñficia: quorũ nullum ꝑ se acceptũ dictã summã.vij.florenorum auri annuati attingat:simul tñ collecta in minimis ꝓuentib⁹ summã mẽoratã excedãt: quotquot vel quãtũcũqꝫ modica fuerit:de oĩb⁹ et singulis decima p̃soluet. sed nõ soluet de pitãtijs monachorũ. Sil̃r de his q̃ a xp̃i fidelibus relinquũtur eccl̃esijs: vt ex eis ꝓpetui emank reddit⁹. Jtem de exenijs p̃latis et alijs psonis eccl̃iasticis liberaliter factis de cima nõ soluet.¶ Soluentiũ decimã electioni seu arbitrio ꝓmittit:vtrũ ipam velit soluere ꝑ totũ tẽp⁹ qõ durabit decima: ꝑ rata ꝓuẽtuũ q̃s singulis annis dicti tp̃is ipsos ꝓcipere cõtigerit: an ꝑ ip̃m tp̃s ꝑ rata cõis estimationis ꝓuẽtuũ eorũdẽ. Sed vna via electa nõ licebit alicui variare ad aliã recurrẽdo.Et fiat ꝛ redigatur ꝑ collectores i scriptis electio hmõi exp̃sse in ꝓma solutione decime supradicte: alioq̃n

Additio Joannis frãciſci de pauinis.

Additio. Ad intellectũ istius decretalis sup cathedram est omnino videndus tractatus siue consiliũ Oldradi quod incipit grauamina. q̃ fratrib⁹ ordinũ mẽdicãtiũ inferũtur et est in numero meorũ. clxxv. vbi examinank et dekmĩatur ꝓ ptes difficultates resultãtes,tam super verbo libera de q̃ in textu q̃ sup alijs de q̃b⁹ ibi: vbi cõcludit in effectu q ℞bũ libera notat quãdã prerogatiuã absolutã:et dñiuz super actu cui adijcit.de elec. cũ nobis olim. in fi. ꝛc̃.

Libera ℞bum quid notat.

Jtẽ q licitũ est fratrib⁹ etiã ꝓcessionalit̃ ire ad assumẽdũ funus ꝑ alienas parrochias:cũ eis videank cõcessa oĩa per q̃ puenit ad finẽ.l.iij.℈. vl.de ser.rẽba.pdi. Jtẽ q de relictis ab his qui apud eos nõ eligunt sepulturam/nulla quarta debek:q cessat ratio cõstitutionis.l.q dictũ de pactis. Jtẽ q de relictj fratribus affectiõe sanguinis amicitie vel meriti debet solui quarta. Jtẽ q decretalis nõ hz locũ nisi i relictis fratribus apũd quos eligitur sepultura per infirmum qui in ea infirmitate decesserit:arg. no.in.l.alũne.ff.de adimẽ.le. Jtem q non habet locũ vbi testator expresse relinquit canonicam portionẽ eccl̃ie parrochiali.ar.in l.cũ quo.ff.ad.l.fal. Jtẽ q nõ debetur quarta de oblationibus que fiunt in anniuersario et alijs officijs sequentib⁹. Jtẽ nec de mortuarijs iquãtum differunt a funeralibus. Jtẽ q parrochia debet recipere quartam de manib⁹ fratrũ et non heredũ defuncti. Jtem q q̃rta debek de relictis pro ornamentis/libris/ ꝛ fabricis ꝛ luminarib⁹ ꝛc̃. Jtẽ q de datis inter vivos ꝛ i sanitate quor̃ dominiũ statim transiuit: q̃rta nõ debetur. Jtẽ q parẽtes possunt eligere ibi sepulturã pro filijs. Jtẽ q quarta debek de pecunia relicta ad complendã eccl̃esiam:licet si q̃rta detraherek nõ sufficeret pecunia ad istuz vsuz. Jtẽ q dicta decre. nõ extẽdit se ad eos qui mortui sunt ante eã condità: sed in illis seruari debuit decre. inter cunctas.bñdicti.xj. Jo.frã.

Beneficia aliqua sũt q̃ psonalẽ residentiã non requirunt.

iuxta estimationẽ cõmunem per totũ tẽpus soluere tenebũtur. ¶ Declaramus autẽ q̃ hi qui elegerint soluere decimã pro rata eoꝝ que pceperint annuatim: vẽdãt prouẽtus beneficioꝝ suoꝝ que psonalẽ residentiã nõ req̃runt: ⁊ soluant decimã pro solo precio qõ receperint de eisdẽ: dũ tamẽ cõtra hoc in fraudẽ decime nihil omnino agat. Sed ecclĩastica persona q̃ in ecclĩa sua vel beneficio (qõ residentiã personalẽ requirit) non residet/sed facit in eodem per firmariũ vel vicariũ deseruiri: deputãdo ipsi vicario vel firmario certã suoꝝ prouentuũ portionẽ: nõ devicariaꝫ seu firmarij portiõe: sed de vniuersis ipiꝫ eccle sie vel bũficij ꝓuentibꝫ decimã exhibebit. ¶ Declaramꝫ etiã q̃ de syluis seu nemoribꝫ que nõ consueuerũt vẽdi nihil soluetur: nisi forte aliq̃d de illis vẽditũ fuerit durãte decima: et tunc estimabit quãtum valere debẽt annui redditus partis vẽdite ꝑm assisiam que ꝓsueuit fieri de nemoribus in partibꝫ illis in quibꝫ nemus situatũ fuerit: et de sola estimatione decima persoluetur: et nõ de eo qõ perciperet de dictis syluis seu nemoribus que vendi nõ consueuerũt: nisi forte vendãtur durãte decima: quia tũc soluetur ex vẽditione pascuagij seu herbagij aut alterius cõsimilis prouẽtus eorũdem nemorũ et syluarũ. Et si nõ vẽdãtur hmõi pascuagia et similia nõ soluetur decima de his: ita tamen q̃ in fraudẽ decime nihil cõtra hoc attentetur. Idemq̃ de pascuis herbagijs et cõsimilibus obuẽtionibus syluarũ volumꝫ obseruari. ¶ De stagnis ⁊ piscarijs decima sic soluetur: videlicet q̃ fiet relatio de numero annorũ quibus ante vẽditionem vltimã vendita non fuerũt ad quãtitatẽ precij ex ipsa venditione vltima recepti: vt precio diuiso in partes ꝑm annorũ terminũ durãte decima soluat decima ipsa de tot partibus precij ex ipsa venditione recepti quot fuerunt anni predicti: vt si forte sunt quinq̃ anni elapsi ex quo fuerat stagnũ venditũ: ⁊ tũc vendatur ꝑ.c. florenis fiant de precio q̃nq̃ ptes: ⁊ pro tribus annis quibꝫ durabit decima soluetur ipa decima de tribꝫ partibꝫ precij tantũ: videlicet. lx. florenorũ ⁊ multiplicabuntur et minuẽtur partes precij prout plures ⁊ pauciores fuerit dicti anni. ¶ De piscarijs autẽ fluminũ ⁊ lacuũ ⁊ venationibus si vendãtur et syluis cedũs idẽ qõ de stagnis fiet. ¶ De piscibꝫ stagnoꝝ vel beluis garenarũ quos pro vsu vel esu suo cõsumi vel sine fraude donari ꝓtigerit: decima nõ soluetur

Redditꝫ obtinẽtur ab ecclĩis variis modis.

Et quia nonnulli obtinẽt a monasterijs et ecclesijs prioratus: grangias: domos: redditus: pẽsiones: ⁊ census in soluẽda de his decima credimus distinguẽdũ: videlicet an talia in beneficiũ habeãtur: an ex ꝓtractu: an ex mera gratia. Si talia in beneficiũ habeãtur: siue hoc sit cõcessum per sedem apostolicã / siue per ipsorũ monasteriorũ vel ecclesiarũ personas: de illorum prouẽtibus soluetur decima. Cũ autem obtinẽtur talia ex cõtractu/ puta ad pensionem vel firmã annuam in qua nõ est facta gratia obtinenti: sed in hoc vterq̃ contrahẽtium studuit conditionẽ suã facere meliorem: perceptores pẽsionis vel firme de ipsa pensione vel firma decimã exhibebũt. Si autem quis ante vel post cõcessionem huius decime ad vitam propriã emit ꝓuẽtus prioratuũ vel aliorũ p̃dictoꝝ pro aliq̃ pecunia/ita q̃ in hoc ei sciẽter gratia non est facta: cõsiderabitur quãtũ extimatione cõmuni valeãt annui prouẽtus: prioratus: grãgie: domus: terrarũ: seu reddituum hmõi: ⁊ ꝑm hoc ab illis quorũ est horũ proprietas qui inde precium pro futuro tempore receperit: per tres annos decima exhibebitur. Si autẽ in his gratia facta sit obtinẽtibus q̃ scienter pro minori precio q̃ valeant sunt talia vendita vel locata: ipsi obtinẽtes et non monasteriũ vel ecclesia de illo in quo gra facta est ipsis: et de reliquo illi quorum est proprietas/decimã exhibebunt. Si autẽ personis aliquibus pro iusta mercede seu remuneratione laboris vel obsequij prestiti vel prestandi talia sunt ꝓcessa: hi quorum est illorum proprietas in decimatione prouentuũ suorũ etiã horũ prouẽtus merito numerabunt: ⁊ de illis (sicut de alijs quos pro certis suis vtilitatibus expẽdũt) decimã exhibebũt. Q̃ si hec per illos qui ea obtinebant: in alios sunt trãslata (q̃ res transit cũ onere suo) etiã circa illos q̃ prediximus seruabuntur. Nec deducẽtur expense que pro monachis (q̃ in talibus prioratibꝫ: grãgijs seu domibꝫ in bũficium: seu ex mera gratia cõcessis ex pacto teneri debẽt) fieri dinoscuntur. Expense aũt illorum monachorum vel personarum que teneri debent ex pacto in prioratibus: grãgijs: seu domibus ad iustam firmam seu pẽsionem concessis siue determinate/siue non: estimabunt estimatione communi: ⁊ talem estimationem monasteriũ vel ecclesia cuiꝫ illorum est proprietas cum suis prouẽtibus decimabit.

Labor est remunerãdus.

Res trãsit cũ onere suo. xvj. q. j. si quis laicus.

¶ Prelati de ꝓcurationibus quas in victualibus percipiunt decimã non persoluent: sed qui eis prestãt huiusmodi victualia in decimatione suorum ꝓuentuũ ⁊ redditũ numerabũt ⁊ soluent decimã de eisdem. De illis aũt procurationibus quas prelati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo: ⁊ quas perciperẽt etiã si non visitarent: decimã prestare tenentur. Prelatus aũt qui ꝓcurationem (quã sine visitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit: q̃ remittit qõ sibi debeꝫ et de quo soluisset decimã si recepisset illud: teneꝫ ex tali ꝓcuratione decimã exhibere. Si vero procurationem quã tãtum in victualibus licet percipi fortasse remittit: persona ecclesiastica cui remissio facta est: huiusmodi victualia cum alijs prouẽtibus suis cum soluet decimam estimabit: cũ etiam si nõ esset remissa hoc facere teneret.

Procurationes q̃nq̃ i victualĩ: bꝫ q̃nq̃ in pecunia recipiuntur

¶ In soluendo decimam supradictã sole expẽse necessarie que fiunt in re ex qua fructꝫ ꝓcipiunt arãdo/colendo/ et colligendo fructus/sine q̃bus non possunt inde fructꝫ percipi/ deducentur. Expẽse aũt que fiunt in castrorum custodibus: cum fiunt extra rem vel etiam in edificijs cõstruendis vel cõseruandis nullatenus deducẽtur: sic vt nec ille q̃ in villis tuẽdis fierẽt i guerris seu etiã caualcatis. ¶ De his quoq̃ que cõsistũt in iurisdictione mero i-perio/ regalibꝫ / atq̃ similibus soluetur decima deductis salarijs moderatis que ante cõcessionẽ decime cõsueuerũt solui iudicibꝫ ⁊ officialibꝫ similibusq̃ personis sine quibꝫ iurisditio ⁊ cetera similia nequeũt expediri: ita tamen q̃ in fraudẽ decime nihil cõtra hoc penitꝫ attenteꝫ. Sed expense officialium iudicũ ⁊ consimiliũ personarũ facte in vestibus siue victualibꝫ minime deducentur: sicut nec alie expẽse similes facte circa familiam ꝓlatorũ.

Expẽsa q̃dã: fiunt in re q̃dã extra rem.

¶ Ratione aũt eris alieni quo ꝓsona soluẽs decimã obligata ꝓsistit nihil decima minueꝫ: etiam si certe res ecclesiastice ꝓpter hoc a quoq̃ fuerint obligate. ¶ Itẽ de furnis ⁊ de molendinis decima p̃stabit. ¶ Soluetur aũt de oblationibus siue fiant pro bñdictione nubẽtiũ siue pro exequijs mortuorũ: necnõ de ꝓuentibus singulorũ prelatorũ: ⁊ de emendis que ab excõmunicatis recipiuntur ¶ De legatis quoq̃ sibi ⁊ alijs psonis ecclesiasticis non personarum sed ecclesiarum vel officioꝝ ratione relictis decima persoluetur. ¶ Pro decima supradicta non exhibebitur pecunia nisi illa cõmuniter curreret de mãdato domini terre: ⁊ que est moneta in locis in quibꝫ cõsistent fructus ⁊ redditus vnde decima persoluꝫ: nec aliqui pecuniam cambire cogentur eãdem. ¶ Sed si ex probabilibus seu verisimilibꝫ ꝓsumptionibus apparuerit q̃sq̃ pensatis eius prouẽtibus minus debito notabiliter de decima persoluisse: ita q̃ super hoc merito suspectus debeat reputari: ex officio nostro ꝑ viros idoneos deputãdos a nobis faciemus inquiri ab illis qui super hoc scire valeant veritatem: videlicet de consilio diocesani epi-

Emende pñt ab excõicatꝫ recipi.

ſcopi vel alicui⁹ deputãdi ab ipo ſi ſit ei⁹ ſubditus ⁊ non aliter:ſi eps ipe vel deputat⁹ ab eo ꝓmode poſſit haberi: et tũc demũ et nõ prius/ ille cui⁹ puêt⁹ fuerit taliter eſtimati:p eo q̃ min⁹ ſoluerit:etiã noiatim excõicabit:ſi ei⁹ contumacia exegerit:et viſum fuerit expedire. Epi aũt et abbates ceteregz pſone eccliaſtice honorabiles nõ ſuſpecte ꝑprie cõſciẽtie relinquãtur:ita q̃ ſufficiat quo ad tales excõicationis ſentẽtia que in nullo modo ſoluẽtes vel ſciẽter adhibẽtes fraudẽ vel maliciã circa ipſi⁹ decime ſolutionem generaliter ꝓferet. Sup his aũt fiet cõpulſio per cenſuram eccliaſticam ꝓut nobis ⁊ illi cui hoc cõmittẽdum duxerim⁹ viſum fuerit expedire. Proferatur aũt(ſi expediẽs viſum fuerit) excõicatio generaliter vel ſpecialiter:in eos qui contra ſolutionem decime vel ſuoꝝ eſtimationem ꝓuentuum cum fuerit faciẽda:fraudem vel maliciam ſcienter duxerint adhibendam.

¶ Fiet autem ſolutio decime non ex ipſis reb⁹ que percipiuntur de prouentibus/ſed in pecunia numerata.

¶ Soluet aũt decima illis q̃s ad hec ꝓtigerit deputari.

¶ Rector parrochialis q̃ vrgẽte neceſſitate eccle: puta q̃ ipe reſidẽdo pſonaliter in eadem per ſe non ſufficeret ipi cure ꝓpter multitudinẽ parrochianoꝝ vel diuiſionẽ parrochie ſue:ſed neceſſe habet vnũ vel duos vel plures capellanos cõducere:et eis ꝓpter victũ ſalariũ cõſtituere:ſalarium hmõi poterit in decime ſolutione deducere: ſed rõne victus capellanoꝝ ipoꝝ aliquid non deducet.

Capellani poſſũt operas ſuas locare. vide no.in.c. ſignificatũ de preben.

¶ Quod ſi in diuerſis ciuitatibus et dyoceſib⁹ diuerſa beneficia obtineãtur: de vnoquogz beneficio in ciuitate vel dyoceſi in qua illud fuerit decima perſoluetur.

¶ De elemoſynis ℞o ſeu oblationibus datis ad opus fabrice:maxime de his oblationibus que in ciuitatibus et aliq̃b⁹ caſtris ⁊ locis dictaꝝ puinciaꝝ in certis feſtiuitatibus in candelis ⁊ alijs cõſueuerũt dari ⁊ offerri ad opus fabrice deputatis:decima non ſoluetur.

Oblationes qñq̃z p laicos:qñq̃z p clericos colliguntur.

¶ Similiter nec de illis oblationibus que colliguntur interdum per laycos:qui cõſortiales dicũtur:interdum per clericos que ad opus conſortij reducũtur:et que offeruntur vt luminaria in eccleſia cruces ⁊ calices fiãt ⁊ reparẽtur:et etiam ex illis pauperibus ſubueniatur: et ſepeliantur corpora pauperum defunctorum.

¶ Prelati autem et clerici exules cuiuſcũgz cõditionis aut dignitatis exiſtant: de ſuis prouentibus eccleſiaſticis decimam perſoluent.

¶ Ille q̃z expenſe q̃ fiũt p foſſatis ⁊ alꝭ p terris edificãdis vtvberiores fructus ꝓducãt:et ille que fiũt in cõſeruãdis ⁊ reparãdis edificijs molendinoꝝ/domoꝝ/ſeu apothecaꝝ et ſimilium: et ex quib⁹ fructus ⁊ penſiones recipiũtur:et niſi repararẽtur fruct⁹ ex eis ꝓcipi non valerent:de decima hmõi minime deducẽtur. Nec etiã ille que fiũt pro cuſtodia caſtroꝝ q̃uis fiãt maiores ſolito.

¶ Inſuper de oblationibus minutiſſimis quas percipiunt eccleſiaſtice perſone ratione eccleſiarum ſuaꝝ pro ſepulturis ⁊ dandis penitentijs:decima perſoluetur.

¶ Et q⁹ non occurrũt nobis q̃n q̃tidiane diſtributiones ꝓuẽt⁹ eccliaſtici ſint:de diſtributiõib⁹ que dant in horis canonicis preſentib⁹ debere ſolui decimam declaram⁹.

¶ Illi quogz qui deputati fuerint ad collectionem decime cum eis qui debent ſoluere decimam:de aliqua certa ſumma ſoluenda pro decima:nequeunt conuenire.

¶ De fructibus arborum ⁊ hortorum ſoluetur decima.

¶ De his aũt q̃ cõſumunt vſu vel eſu aialium:ſi ſint eccleſiaꝝ ſoluet decima: deductis expẽſis neceſſarijs q̃ fiũt pro cuſtodia:ſi ℞o ſunt pſonarum/decima non ſoluetur.

Deũ in negocijs noſtris habere debem⁹ pre oculis

¶ Tu ergo i his ſolũ deũ et iuſticiã p ꝑmiſſis pre oculis habẽs:ex ꝑdictis declaratiõib⁹ in decidẽdis hmõi dubitatiõib⁹ q̃ p pte leuiter decidi poterũt cõfirmationẽ accipias:ſup maiorib⁹ ℞o deciſionẽ apli oraculi expectes.

¶ Volumus quogz et preſentium tibi auctoritate mandamus vt in vnãquãgz perſonam eccliaſticam deputatarum tibi partium cuiuſcũgz ordinis/cõditiõis vel dignitatis exiſtat:que decimã ipſam nullo modo vel non integre ſciẽter:aut non ſm vez valorẽ fructuũ ſuoꝝ ꝓceptoꝝ ſiue non in terminis cõſtitutis exhibuerit:ſeu i illoꝝ exhibitione maliciã cõmiſerit ſiue fraudem:excõicationis ſentẽtiam auctoritate noſtra promulges. Et etiã in ſingulos q̃ ſciẽter impedimẽtum preſtiterint directe vel indirecte:publice vel occulte quomin⁹ decime predicte ſoluãtur. Et oẽs ⁊ ſingulos qui hmõi ſentẽtias latas incurrerint:p te ⁊ alios:ſingulis dieb⁹ dñicis ⁊ feſtiuis: cãpanis ⁊ cãdelis accenſis vſq̃ ad ſatiſfactionem cõdignam excõicatos publice nũcies:et facias ab oĩb⁹ publice euitari. Aggrauaturus alꝭ man⁹ tuas ꝓtra ipos put proteruiam ⁊ cõtumaciam exigere videris eoꝝdem. q̃ ſi ſatiſfacere decreuerint: poſt plenam ⁊ integrã ſatiſfactionem ab hmõi excõicationib⁹ iuxta eccle formam abſoluas eoſdem:et diſpẽſes cũ eis ſup irregularitate / ſi taliter ligati non abſtinuerint a diuinis. Prouiſo hacten⁹ q̃ cõtra decimam hmõi non ſoluẽtes nullaten⁹ ſine ſpeciali mãdato aplice ſedis inuocetur brachium ſeculare. Q̃z ad vaſa ſacra/paramenta/calices/cruces ⁊ libros: aliaq̃ bona mobilia ad cultũ deputata diuinum: vel ad priuilegia eccliaꝝ et monaſterioꝝ:aliorũq̃ locoꝝ eccliaſticoꝝ:ipſi⁹ occaſione decime man⁹ nullaten⁹ extẽdatur. Data Anagnine kl. Octobris:põtificatus nri anno. vij.

Excõicationis publicande modus.

¶ De Regularibus et tranſeũtibus ad religionem.

Martinus quartus.

¶ Religioſi mendicantes ſub excõmunicationis pena prohibentur conuolare ad religionem non mẽdicãtium quocũgz queſito colore: quam ipſo facto incurrunt tam recepti q̃z recipientes: quacũgz licentia non obſtante. Quid iuris ſit de iam receptis ſubdit. Capitulum. j.

Cupiditas oĩbus preſertim religioſis mendicantibus eſt ꝑcludẽda.

Iam ambitioſe cupiditatꝭ religioſis potiſſime mendicãtibus precludere cupiẽtes:ad alios ordines preſertim monaſticos(fucatis tamen colorib⁹ aſſerentibus ob frugẽ melioris vite aut arctioris obſeruãtie) tam ſancti Benedicti q̃z Ciſtercienſis:Camaldulenſis:Vallis vmbroſe:canonicoꝝ regularium ſancti Auguſtini:vel alioꝝ monaſticoꝝ ordinum conuolare nitẽtibus:licẽtiam a ſede apoſtolica ſeu legatis aut nuncijs eiuſdem ſedis ad tranſferendum ſe de mendicantium ordinib⁹ ad alios ordines: preſertim ea ratione(vt veriſimile eſt ꝓut facti euidentia docet) vt liber⁹ degãt:dignitateſq̃ et beneficia monaſtica conſequi valeãt:et ex certis alijs cauſis honeſtari non conſonis obtinẽtib⁹. Ac volẽtes etiam cõſeruationi ordinum mẽdicãtium ꝓuidere:auctoritate apoſtolica ex certa ſciẽtia tenore preſentium declaramus ⁊ etiam decernimus: ſtatuẽtes q̃ decetero nullus religioſus ordinum mẽdicãtium quorũcũgz:cuiuſcũgz gradus/ſtatus/cõditionis vel religiõis exiſtat:q̃tũcũgz et qualitercũgz poſſit ⁊ debeat[a] virtute cuiuſcũgz licẽtie etiã indulti apoſtolici ſeu penitẽtiarij noſtri curam gerẽtis:vel alia quauis auctoritate hactenus etiam per litteras apoſtolicas facultatum quarũuis tam legatoꝝ vel nũcioꝝ ſedis apoſtolice q̃z alia auctoritate: maxime de tranſferẽdis fratrib⁹ aut aliquib⁹ preſertim ordinum mendicãtium profeſſoꝝib⁹ in genere vel in ſpecie ab ordinibus hmõi mendicãtium ſub quacũgz verboꝝ forma appareãt admitti aut recipi: per aliquos etiã ſuperiores ordinis / ſeu monaſterij aut loci monaſtici:ſeu alꝭ in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monaſticis ſupradictis vel alijs ex-

[a] ¶ Debeat cape verbũ admitti:aut: recipi q̃ eſt. j.

Ordo carthusiensiũ preceteris ampliori potiꝝ prerogatiua.

pressis (ordine Carthusiẽsium dũtaxat excepto) sub pena excõicationis: quam tam recipiẽtes q̃ recepti ipo facto incurrãt. Et quam ex nunc put ex tũc cõtra quẽlibet transgressorem quomodolibet in premissis: sciẽtia ꝛ auctoritate antefactis proferimus in his scriptis. Et a nemine nisi dũtaxat a romano põtifice (preterq̃ in mortis articulo) excõmunicati hmõi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneãt: et nullꝰ existant efficacie vel momenti. Decernẽtes etiam ꝛ volẽtes ꝙ si quis hactenus virtute cuiusuis licẽtie seu mãdati hmõi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem ꝛ habitum cõsuetum gestari ꝑ monachos talis ordinis suscepisset: siue ꝓfessionem emiserit siue non: sub dicta pena teneatur in monasterio in quo receptus fuerit (etiam si beneficia eccliastica seu rectorias eccliaꝝ quarũuis obtineat) stare in eius totali ordinatione: et in hmõi ordine monastico altissimo deseruire. ¶ Si quis aũt pretextu hmõi licẽtie vel sine habitu vel cũ habitu vagãdo incederet: monitione preuia teneatur et debeat infra terminum quindecim dierum a die monitionis hmõi computãdoꝝ ad eiꝰ religionem vel ordinem vnde cũ licẽtia vel sine licẽtia recesserat remeare. ¶ Qõ si efficere neglexerit: post ipsum terminum tanq̃ notoriꝰ apostata excõicatus in oĩbus ꝛ per oĩa debeat per quẽlibet reputari/et ab oĩbꝰ retractari: etiã per inuocationem auxilij brachij secularis quotiens fuerit oportunum. ¶ Jn futuris aũt nullus ex professoribꝰ alicuius ex ordinibꝰ mendicãtium hmõi in aliquem monasticum ordinem (Carthusiẽsium dũtaxat excepto) possit aut debeat ꝑ quẽcũq̃ recipi vel admitti virtute alicuiꝰ licẽtie vel indulti absq̃ sedis hmõi licẽtia speciali sub dictis penis: et nihilominꝰ secus facta nõ teneãt ipo ture. Huiusmodi licẽtijs et indultis necnon cõstitutionibus apostolicis: et mendicãtium ordinum p̃dictoꝝ: etiã si de illis specialis ꝛ expressa: ac de ẏbo ad ẏbum in nostris litteris mẽtio habita foret: ꝛ alijs ꝓtrarijs nõ obstãtibꝰ quibuscũq̃. ¶ Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hãc paginam nostre declarationis/decreti/statuti/ꝓhibitionis ꝛ volũtatis infringere: vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare presumpserit: indignationem oipotẽtis dei et beatoꝝ Petri et Pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursurum. Datum Sebennis. iiij. kalẽ. Augusti. pontificatus nostri Anno. j. Johannes. xxij.

¶ Religiosi sine sui superioris licẽtia vltra mare cũtes sunt ipso facto excõicati: nec ibi sunt ad predicationem vel diuinoꝝ celebrationem admittendi. Capitulum. ij.

Religionis habitꝰ sine ipsius ẏritate parũ ꝓdest.

AD nostrum nuper relatio fide digna ꝓduxit auditum: ꝙ nonnulli religiõis gestantes habitum sed a veritate religionis oĩno vacui ꝛ modestia penitus alieni: ad partes quandoq̃ transmarinas se transferant in quibꝰ pauci fideles respectu infidelium cõmorantur. Et vt illi decipere facilius simplicium animos ac ipsos et alios in errores p̃cipitare seu retinere valeãt: sub ouili veste ac humilitatis habitu lupinum animum occultãtes: ꝑ doctrinas suas reprobas ꝛ erroneas fidelium mẽtes q̃tum in eis est corrũpere satagũt. Jn ipsis partibꝰ periculum nimiũ spargere non omittũt: necnon ꝛ os suũ ponẽtes in celũ lingua eoꝝ falsidica transeũte sup terrã: sancte romane ecclesie detrahere ꝓstõnibꝰ: et alia multa a fide deuia in suis sermonibꝰ et secretis collocutionibꝰ euomere insanis ausibꝰ non verẽtur: ex quibꝰ deꝰ offenditur: periculosa suscitãtur scãdala: paratur simplicibꝰ laqueus. Jpsiq̃ talium presumptores de heresi vehemẽter arguũt se suspectos. Nos itaq̃ tantis obuiare periculis paterne diligẽtie studijs cupiẽtes: vniuersis ꝛ singulis religiosis cuiuscũq̃ conditionis/religionis/ordinis vel status existant: de fratrum nostroꝝ cõsilio districtiꝰ

Lupinus animꝰ sub ouili veste a multꝭ geritur.

Os i celũ ponũt qui pape detrahunt.

auctoritate presentium inhibemꝰ: ne iꝑoꝝ aliquis absq̃ superioris ordinis sui licẽtia sibi per ipsiꝰ litteras patẽtes ꝓcessa: decetero ad partes se transferat antedictas. Superioribus ipis nihilominꝰ iniũgẽtes ne quibusuis sui ordinis fratribꝰ (nisi dũtaxat viris litteratis/ꝓuidis et expertis) huiusmodi licentiam impartiri presumant. Nos eñ quoscũq̃ presumẽtes contrarium quouismodo excõmunicationis subiacere sentẽtie volumꝰ ipo facto. A qua nullus ab alio q̃ a romano pontifice possit (nisi dũtaxat in mortis articulo) absolutionis bñficium obtinere. ¶ Cetez vniuersis ecclie prelatis in virtute sancte obediẽtie districte precipiẽdo: presentium tenore mãdamus: quatenꝰ nullos religiosos ad partes se transferẽtes predictas: nisi per patẽtes superioris sui ordinis litteras de licẽtia speciali se illuc transferẽdi sibi cõcessa prelatis eisdem fecerit plenam fidem in ciuitatibꝰ suis et dyocesibꝰ ac locis ꝛ terris alijs ad predicationis officium vel diuinoꝝ celebrationem admittãt: sed ipos potius velut apostatas capiãt seu capi faciãt: eos carcerali custodie (donec de dicta licentia speciali modo predicto sibi constiterit) detinẽdo. Et nihilominꝰ si quos religiosos approbare: q̃ sedes aplica reprobauit: vel q̃ alias sunt fidei obuia i suis predicationibꝰ seu secretis collocutionibus dogmatizare ꝓsenserint: vt tales (quibuscũq̃ cessantibꝰ priuilegijs) possint licite capere: et carcerali custodie sicut suos possent subditos mancipare licẽtiã impartimur. Et insup tenore presentiũ mãdamꝰ eisdẽ vt de p̃missis summarie simpliciter ꝛ de plano: ac sine strepitu iudicij ꝛ figura ꝑ se vel aliũ seu alios se solerter ꝛ fideliter studeãt informare: quosq̃ de p̃dictis seu eoꝝ aliquo reppererint reos esse iuxta statuta canonum in alioꝝ exẽplum castigare penis debitis non postponãt. Non obstãtibus exẽptionibꝰ et alijs quibuscũq̃ priuilegijs ꝛ litteris aplicis eisdem religiosis vel eoꝝ ordinibꝰ ab eadem sede cõcessis vel i posteꝝ cõcedẽdis: etiã si de illis plena et exꝑssa mẽtio: ac de ẏbo ad verbum in presentibus sit habẽda. Que q̃tum ad predicta vel aliq̃ eorũdem eisdem in nullo volumꝰ suffragari. ¶ Nulli ergo tẽ. Datum Auinione. vj. idus Maij: põtificatus nostri Anno. ix.

Approbata ꝑ sedem aplicam a nemie sũt reprobanda.

¶ De Religiosis domibus.

Johannes. xxij.

¶ Licet beguinarum status sit ꝓpter multas rationes per Clementem quintum reprobatus: ꝓmittitur tamen mulieribꝰ fide dignis que nec sunt culpabiles nec suspecte sub habitu beguinaꝝ viuere: nec sunt tales per ordinarios molestãde vide. c. j. eo. ti. in cle. Capim vnicum.

Nocẽtes et innocẽtes ad paria iudicãdi nõ sunt.

RAtio recta non patitur vt innocẽtes ad paria cũ nocẽtibꝰ iudicẽtur. Sane. fe. re. Cle. papa. v. p̃deceſſor noſter. Cũ de mulieribꝰ que beguine vulgariter nũcupantur nõnulla ei fuissent precipue de alemanie ptibꝰ insinuata sinistra: et ꝑsertim ꝙ eaꝝ quedã de summa trinitate ꝛ diꝛina essentia disputarẽt ꝛ predicarẽt: ac circa articulos fidei ꝛ ecclesiastica sacramẽta opiniones catholice fidei cõtrarias introducerent: et multoꝝ simplicium aĩas in diuersos errores inducerẽt: ex his ꝛ alijs frequẽter de illis auditis habens eas nõ indigna rõne suspectas in illas que statum hmõi nouiter assumptum sectarẽtur vlteriꝰ: aut que illum de nouo assumerent excõicationis sententiam ꝓmulgauit. Verum qꝛ in multis mũdi partibꝰ plurime sunt mulieres que similiter vulgo beguine vocate segregate q̃dq̃ in parentum aut suis: interdum vero in alijs aut conductis sibi cõmunibꝰ domibus insimul habitantes: vitas deducũt honestas: ecclesias de nocte frequẽtant: dyocesanis locoꝝ et parrochialium ecclesiarum rectoribꝰ re-

Religiose mulieres q̃d facere debent.

uerēter obediunt:curiositatē disputādi:aut auctoritatē seu temeritatē potiꝰ ꝓdicādi nullo mō sibi vsurpāt:nec se vel alias seu alios quoslibet ꝑmissis opinionibꝰ:erroribusq; iuoluūt.nec vlla sup his est: aut fuit hactenꝰ nota:seu suspitio ꝙtra eas:q̄ ipsas dissimules a luce sua constringeret:vt nullis eaꝝ q̄ ꝓpetuā forte dño cōtinētiā deuouerunt: occasio prebeat ad lapsum.ꝛ ne periculis dānis ꝛ scandalis plurimis q̄ proinde verisimiliter seq̄rentur ꝑ puisiōe ecclie moderna occupent:beguinas hmōi inculpabiles(vt ꝑmittit)nec suspectas sub phibitione ꝛ abolitione ꝑmissis(q; de ipsis ꝓdecessoꝛ noster ꝑfatꝰ nullatenus sensisse dinoscit)de fratrū nostroꝝ cōcilio declaramus ꝛ volumꝰ nō includi.Locoꝝ ordinarijs nihilominus initūgētes ꝛ eas sub ꝑtextu hmōi nullatenꝰ molestari ꝑmittāt.Et si q̄d forsan ex hoc in bonis aut iuribꝰ a q̄ buscūq; cōtra eas attētatū est hactenꝰ vel attētari ꝙtigerit in futurū:ꝑ illos ꝓdictos ordinarios auctoritate nr̄a in statū reduci debitū volumꝰ.Jnuocato(si opus fuerit) auxilio brachij secularis.Ceterū statū beguinarū hmōi quas esse ꝑmittimus(nisi de his ꝑ sedē apostolicā aliter ordinatū extiterit)nullatenꝰ ex ꝑmissis intēdimꝰ approbare. Locoꝝ aūt ordinarios ꝛ alios ad quos ꝓdicta spectabunt:curā puigilē ꝛ sollicitudinē debitā ꝓcipimꝰ adhibere:ne premissarū sequētes inuia ꝛ ipsarū actus temerarios imitādo:ꝑmissis erroribꝰ ꝛ disputationū ꝛ ꝓdictionū temeritatibꝰ se inuoluāt:eas q̄ cōtra ꝓdicta ꝑsumpserint ꝑ cēsurā ecclesiasticā(appellatione postposita)cōpescēdo. ¶ Porro mulieres qōcūq; nomen habētes:q̄ de illis ex quibꝰ phibitio ꝓcessit culpabiles se reddiderint aut merito notabiles vel suspectas esse: si statū vel habitum quoquo modo mutauerint:vere sub ꝓdicta decernimus remanere cēsura:ꝛ taliter ꝙtra eas ꝑ illos ad quos pertinuerit ꝓcedi volumus ꝛ mādamus q; ab erroꝛe de moꝛe reuocate non vltra inficiant sanas oues.

Brachiū sc̄lare pōt q̄ñq; ab ecclesia iuocari.c.j.de of.oꝛ.i an.

Oues moꝛbide sanas inficiunt.

¶ De Censibus:exactionibus:ꝛ ꝓcurationibus.

a ¶ Bñdictꝰ. Jste benedictꝰ fuit duodecimꝰ natione tholozanꝰ Sanardanus appamiarū diocesis: primus appellatus Jacobus fornerij abbas fōtis frigidi/ordinis Cisterciēsis:ꝛ magister ī sacra pagina: deinde episcopꝰ appamiarum:ꝛ deinde episcopꝰ mirapisceñ.postea tituli sc̄tē ℙrisce presbyter cardinalis assumptꝰ ad papatū. Anno dñi. M.ccc.xxxiiij.xx.decēbris. ꝛ anno.M.ccc.xlij.xxv. aprilis vita functus est pōtificatus sui anno.v. successit Joanni.xxij.sibi ꝛo successit Clemēs vj. Jo. Fran.

b ¶ ℙerpetuā. Sic et oīa instrumenta ad hoc fiūt.j.q.vij.saluberrimū xxv.q.j.oñes femine.et q; hoc graue negocium est:ꝛ vt magis timeatur hec ꝓsisio merito est ꝑpetue memorie seruāda facit de penis ī q̄busdā. de scismaticis.c.j.de penis.in.c.felicis.lib.vj.et q̄ no. in. c. ad apostolice.in prin. de re iudi.eo. li.vj. vbi nota q; solꝰ papa sine ꝛcilio pōt hoc facere.ꝛ facit hec extraua

a Benedictusᵃ duodecimus episcopus seruus seruoꝝ dei ad ꝑ

b petuamᵇ rei memoriam.

¶ Taxat ꝓcurationes:pabula charitatis:et subsidiū charitatiū.Saluat ꝓuilegia:cōuentiones/consuetudines/ꝛ ꝓscriptiones:ꝛ indēnitatē pauperū: inhibet contraueniri: punit trāsgressoꝛes ꝛ eoꝝ familiares ꝛc̄. Et locari debet sub rubꝛica de censibus et ꝓcurationibus.

c d Vasᶜ electionisᵈ ℙaulus apostolus egregiꝰ ꝓdicatoꝛ se et eos q̄ secū erāt ꝓꝛijs manibꝰ exhibe-

e f batᵉ vtᶠ pseudoᶠ:ꝛ subdolis operarijs sub ꝓdicationis specie lucra sectātibus locū ꝑcluderet:et

g his quosᵍ ipse pascebat pabulo verbi dei / nō existeret oneroſus Sane licet circa modestiā in exigendis a ꝓcurationibꝰ obseruādam predecessoꝛibus nostris romanis pontificibꝰ salubꝛia emanauerint instituta:q; tamē(sicut experientia docet) nōnulli prelatoꝝᵇ necnon dioce. nūcioꝝ vel legatoꝝ aplice sedis de quibus nullam faciūt mentionē expresse sic se reddiderūt ꝛ reddūt in dictaꝝ ꝓcurationum exactionibꝰ onerosos:ꝛ vt oppressi subditi hmōi onera nequeant supporꝛtare:ꝛ victū lōgi tēporis breuis hoꝛa cōsumat. Nos attēdentes q; parentesᵏ debēt thesaurizare filijs:nō delicijs fastidiosis eorum substantiā absoꝛbere:ac cupientes ꝑ diuersitate conditionum visitātium ꝓlatoꝝ ꝛ ꝓuinciarū ac ecclesiasticaꝝ etiā facultatū certū modū sufficiēter visitātibus ꝛ supportabilē visitatis in premissis foꝛe decetero obseruādū:de fratrū nr̄oꝝ ꝓsilioˡ presentis ꝓstitutiōis edicto. ¶ Statuimꝰ q; cū ī Frācie/nauarre/maioꝛicarū regnis/ac terris/ ꝓuincijs:ꝛ partibꝰ adiacētibus: et in vicinis eisdem:necnon in delphinatu/burgundie/sabaudie ꝓuincie/ et foꝛcalquerij comitatibus

m archiepiᵐ et episcopi: ac alij prelati ꝛ persone ecclesiastice quibꝰ id de iure vel cōsuetudine cōpetit suos subditos ꝑsonaliter visitabunt. Jdem archiepi a suis vel suffraganeoꝝ suoꝝ cathedralibꝰ ecclesijs pro ꝓcuratione vniꝰ diei:siue in victualibꝰ:siue a volentibꝰ in pecunia vltra trecētoꝝ:a monasterijs veroꝝ alijs ecclesijs vel prioratibꝰ secularibus vel regularibꝰ habētibꝰ collegium vel cōuentū.xij. vel plurium ꝑsonarū vltra ducentoꝝ

gans ius cōmune.c. pastoꝛalis.de fi.istru. ꝛ ibi no. Jo.Fran.

Diuisio.

Mas electiōis ¶ Diuidit ī q̄nq; partes ꝓncipales. Nam ꝓmo exoꝛdit. Secūdo ibi statuimꝰ taxat ꝓcuratiōes. Tertio ibi insup punit transgressoꝛes. Quarto ibi ꝑmissis extendit cōstitutionem. Quinto subdit clausulas ꝙsuetas cū data ibi nulli ꝛc̄. ℙrima ꝑs tres habet rōnes exēplares impulsiuas ad cōdendā hanc ꝓstitutionē. Secūda pars triplicit taxat quantitatē ꝓcurationū exigēdarū iuxta triplicem diuisionē ꝓuinciarum ꝛ regnoꝝ ꝛ qualitatē visitātium: etiā si ꝑ alios visitāt modificando ꝛ extendendo ac declarādo vt ℣.patet. Tertia pars punit visitatoꝛes trāsgressoꝛes ꝛ eoꝝ familiā/ etiam si a spōte volentibꝰ recipiant/vel receptū remittētibꝰ non restituāt. Quarta pars extēdit cōstitutionē ad charitatiuū subsidium. Taxat valoꝛem turonēsium: et excipit tres casus. Ultia ibi nulli.subdit clausulas cōsuetas cum datis.

Thesauꝛ acq̄rant fīres lijs pr̄es.

c ¶ Mas. Hoc nomē fuit sibi impositū celitus in eius conuersione actuū ix.c.ꝛ hoc ꝓncipiū sumptum est ex ca.cū apostolus.in prin.de censi.

d ¶ Electiōis. Et ideo non vitiosum in quo oē oleum ꝛ vinū facile coꝛrumpitur. de pe.iij.℣.situe a me.adde textum Marci.ij.in fine.

e ¶ Exhibebat. Jd est ꝓcurabat.xvij.q.j.iam nunc.xxj.q.j.c.j.

f ¶ ℙseudo. Jd est falsis. Et est grecū nomen indeclinabile. vt no.ī dicto.c.cum apostolus. cōtra quos nota monitionem cōcilij generalis.de qua.in.c.irrefragabili.in fi.de offi.ordi.

g ¶ ℙabulo. Est em̄ verbū dei pabulum aīe ex quo viuit.c.inter cetera.de offi.oꝛd.q; non in solo pane ꝛc̄.sed in omni verbo ꝛc̄.vt ibi.

Vīa viuit exℓbo dei

h ¶ ℙrelatoꝝ. Et iam cardinalium: vt ꝑbat textus.in.c. cū apostolus.℣.cardinales.de censi.ꝛ in.c.ꝓcurationes.in ꝑn. eo.ti. ꝛ ibi no.

i ¶ Oneroſos. Usq; ad exinanitionem extreme virtutis.x.q.iij.cauē dum.ꝛ.j.q.iij.placuit. ideo seruādum est quod statuit cōcilium vienēñ. in cle.ad nostrum.℣.fi.de censibus.

k ¶ ℙarentes.xvj.q.j.predicatoꝛ. vbi ℙaulus dicitur diuinus apostolus ꝛc̄.ꝛ q; beatiꝰ est dare q̄ accipere. Et cum mysterio accumulantur tot rationes:vt si aliq̄ cessarent/nō cessat dispositio insti.de nup.℣.affinitatis.

l ¶ Consilio. Ad quod non artabatur sequendum nec petendum ꝑm glo.ꝛ doc.in.c.ad apostolice.de re iudi.ꝛ in.c.j. de scismaticis.li.vj. licet Joan.mona.in hoc variauerit factus cardinalis. Sed q; papa regatur consilio cardinalium ꝓbatur in ca.licet.et ca.in genesi.et ca.ecclesia.ij.in fi.de ele.sicut.episcopi concilio canonicoꝝ regi debent.ca.nouit.ꝛ ca.quanto.de his que fiunt a preℓ. c. queſiuit: ꝛ ca.fi. de his que fiunt a maio.parte.c.Hosten.in sum.in titu.de offi.archi presbyte.℣.que pertinent.ver. potest. presertim in arduis.ꝛ hoc seruat consuetudo.

Cōcilium cardinalium an debeat papa sequi.

m ¶ Archiepiscopi. Jdem ꝛ in patriarchis/primatibus/ꝛ alijs etiā pluribus id est et abbatibus. de quibꝰ vide infra. Jdem sunt enim primates ꝛ patriarche.xcix.distin. prouincie. et dixi supra in secunda questione prime partis:et idem archiepiscopi et metropolitani ꝛ nudis tantum verbis differunt.nota.in ca.duo.de officio ordina.vide in spe.in titu.de offi.ordina.℣.sunt quoq;. et in versi. et nota.sic et archiepiscopi sunt episcopi. nota. in cap̄. q̄ periculosum. de sentē. excommu.li.vj.

a ¶ Locis. Mõ credo comprehẽdi hospitalia pauperũ propter infra dicenda: puta leprosorum ⁊ aliorum infirmorum mendicantium panem: sicut nec grangias per ca. fi. de censi. ⁊ idem forte de fabricis ⁊ commissarijs de quib⁹ canonica portio nõ detrahitur. c. fi. de test. ⁊ de alijs de quibus non esset soluẽda decima. de qua in cle. si beneficiorũ. de dec. de quibus omnibus dic vt ibi plene no. ¶ Circa hoc tamẽ tenendum est illud qõ concludit federicus de senis in consilio. cxj. Et an episcopus possit priuilegiare hospitale tpe pstructionis vt nõ possit ab eo vel successorib⁹ visitari: vide eũdem in cõcilio. cc. xlviij. Et quid de domibus leprosorũ vide per eũdem in consilio. cxxx. Et adde in simili quod firmat ꝑde. de ancha. de testatore in concilio. c. xxviij. et qõ examinat Guil. de mõte lauduno in glo. sup extrauganti suscepti Joã. xxij. sup ver. in totum. Jo. Fran.

b ¶ Abbates. Jdẽ credo de prioribus etiã canonicorũ regulariũ. ar. c. qõ dei timorem de statu monachorũ et aliorũ quorũcũq; visitandorũ etiã mendicãtium: exceptis tñ fratribus minorib⁹. de qb⁹ in cle. exiui. de ver. signi. Jo. Fran.

c ¶ Si vero. Hic determinat q̃ habentur in ca. felicis. de censi. li. vj.

d ¶ Archipresbyteri. Quid aũt de archipbyteris ruralib⁹ q̃ decani aliqñ nũcupant: subdit infra in ver. illud quoq; Jo. Fran.

e ¶ Ex priuilegio. Sine priuilegio vero non possunt. alʒ cõtrafacientes puniũtur. vt in. c. felicis. de censi. li. vj.

f ¶ ꝑ alios. Hec cõstitutio approbat quod no. Jo. an. ĩ. c. felicis. de cẽsi. in glo. super ver. officio. Et adde q̃ prelati aliquando habent officiales. de offi. vi. ca. ij. ⁊ iij. de ap. romana. de offi. ordi. ca. romana. de offi. delega. c. iiij. in fi. lib. vj. ⁊. c. insinuante. Quãdoq; habẽt vicarium in spũalibus. de tẽpo. ordi. c. iij. §. j. li. vj. Quãdoq; habent vicarium generalem dicto. c. iij. §. epo aũt. de tempo. ordi. ⁊ de offi. vica. c. fi. de prebẽ. c. statutũ. li. vj. Quãdoq; habent simpliciter vicarium. c. statutum. ⁊. c. vt officium. ⁊. c. vt cõmissi. de here. li. vj. Quãdoq;

prelatorũ vicẽ gerentes variis cẽsentur noib⁹.

